

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,  
Quinctum fratrem

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiiis, 1583**

In Epistolarvm M Tullii Ciceronis Ad T Pomponivm Atticvm Librvm XIII Pavlli  
Manvtii Commentarivs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](#)



IN · EPISTOLARVM  
M . TULLII . CICERONIS  
AD  
T . POMPONIVM . ATTICVM  
LIBRVM . XIII.

PAVLII . MANVTII  
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico. 1.



D. Ciceronem ita scriptissi, ut neque severius, neque temporeius scribi potuerit, nec magis, quam quemadmodum ego maxime uellem<sup>o</sup>. prudentissime etiam ad Tullios. quare aut ista proficiunt, aut aliud agamus. De pecunia uero uidelicet a te omnem diligentiam adhiberi, uel potius iam adhibicam: & si efficis, a te hortos habebo. nec uero illum genus possessoris est, quod malum, maxime scilicet ob eam causam, quae suscepimus est; cuius festinationem mibi tollis, quoniam de aestate polliceris, uel potius recipis: deinde etiam ad

xatablion, maefitiamq. minucendam nibil mihi ruperis potest aptius. cui rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari uelim, sed me ipse renoco, non enim dubito, quia, quod me ualde uelut pures, in costume ipsum cupiditate uincas, itaque istuc iam profecto habeo. Exspecto, quid ipsis placeat de epistola ad Caesarem. Nicias te, ut debet, amat, uehementerq. tua sui memoria delectatur. Ego uero Peduacum nostrum uehementer diligo. nam & quanti patrem feci, totum in hunc ipsum per se aequo amo, atque illum amauit; te uero plurimum, qui hoc ab utroque nostrum fieri uelis. Si hortis inspexeris, et si de epistola certicrem me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: si minus, scribam tamen aliquid: numquam enim deerit. Vale.

E X P L A N A T I O

CICERONEM & filium. SEVERIVS & obiurgans eum, quod immoderatos sumptus faceret, quod indicat illud, ep. 46. Turpe est nobis illum, qualiscumque est, hoc primo anno egere: post moderabimur diligenter. MAGIS, quam quemadmodum & dictio, Quam, uidetur abundare, sic infra, Nec in hac quidem re quidquam magis, ut uellet, accidere potuit. TULLIOS & Martianum, & Montanum, qui cum Cicerone filio Athenis erant, quod illud ostendit, epist. 50. l. 12. L. Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est: epist. 52. ibidem. Et illud: Misisti ad te epistolas ad Martianum, & Montanum. AVT ista proficient & ista, haec diligentia, qua tu in litteris tuis ad Ciceronem & ad Tullios usus es. Proficient: ut Cicero in sumptibus sit restrictior. De pecunia & a debitoribus exigenda, ut hortos emere posset. Ob eam causam, quae suscepimus est, ob fanum, quo filiam consecrare deliberatum est. CVVS festinationem mibi tollis & non uis me festinare, neque pateris ut ego te urgeam, cum hag aestate nos,

nos, quod uolumus, habituros affirmes. *Istis placeat* & iktis: Caesarianis. placeat: mittenda sit ad Caesarem, nec ne. epist. 49. *NICIAS* & hic erat apud Ciceronem, ep. 25. & 52. l. 12. *QVANTI patrem feci*? cuius quaestor Cicero fuero fuerat in Sicilia, auctore Pediano. Et si de epistola & ad Caesarem: de qua paullo ante,

Cicero S. D. Attico. 2.

**G**RATIOR mihi celeritas tua, quam ipsares. *quid enim indignius?* sed iam ad ista obdurui-  
mus, & humanitatem omnem exsumus. Tuas litteras  
hodie expectabam, nihil equidem ut ex ijs noui: quid  
enim? uerum tamen Oppio, & Balbo epistolias deferri  
iubebis: & tamē Pisonem sicubi de auro. Faberius si ue-  
nerit, uidebis, ut tantum attribuatur, si modo attribue-  
tur, quantum debetur. accipies ab Erote. Ariarathes  
Ariobarzanis filius Romanum uenit, uult, opinor, regnum  
aliquid emere a Caesarenam, quo modo nunc est, pede  
ubi ponat in suo, non habet. omnino eum Sextius noster  
parochiis publicis occupauit: quod quidem facile pa-  
tor. uerum tamen, quod mibi, summo beneficio meo,  
magna cum fratribus illius necessitudo est, inuitio eum  
per litteras, ut apud me diuersetur. ad eam rem cum  
misterem Alexandrum, has ei dedi litteras. *Cras igi-*  
*tur auctio Peducae:* cum poteris ergo: et si impedit  
fortasse Faberius: sed tamen, cum licet. Dionysius  
noster grauter queritur, & tamen iure, a discipulis  
abesse tam diu. multis uerbis scripsit ad me, credo item  
ad te: mibi quidem uidetur eriam diutius absfuturus. ac  
nollem: ualde enim hominem desidero. Vale.

## EXPLANATIO

**C**ELERITAS tua, & in scribendo. **R**ES ipsa & quam scripsisti: qua nihil potest esse indignius. Hu-  
MANITATEM omnem & omnem sensum humanitatis: ut iam neque dolere ullo damno, neque lac-  
tari ullo commodo possimus: id autem ob interitum filiae; qua amissa, nihil iam in reliqua uita sibi esse  
curandum statuebat. **V**ERVUM T A M B N. cx expectabam. & est figura, qua usus est ep. 8. & 12. l. 14. & in ep ad  
Tiro. & his uerbis: Confice professionem. et si haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat, ue-  
rum tamen. Ep. 15. & 18. quibus eos Cicero rogabat, ut exactionem Faberiani nominis adiuuarent. nam  
& supra. ep. 28. l. 12. Cum Oppio, inquit, & Balbo communices, quantopere, & quare uelim hortos; sed  
ita posse, si expediatur illud Faberianum. **E**t tamen & quamquam ad Oppium & Balbum scripsi do  
Faberio: u tamen sicubi Pisonem poteris conuenias, ut cum eo de auro colloquaris. **E**t, opinor, hoc in-  
telligit, ut ad empionem horitorum auream pecuniam a Pisone argentario mutuam sumerer usura pen-  
denda, uel: ut argentea pecunia Pisoni daretur, Piso auream redderet. Pisovem autem argentarium fuisse  
indicit illud ep. 3. l. 12. Ad Aulum scripsi, ut ea, quae bene nossem de auro, Pisoni demonstrarem, quo  
etiam loco de permutatione agitur. & infra ep. 4. Si quid poteris, inquit, cum Pisone conficies: Aulus  
enim uidetur in officio futurus. utrobique enim Auli mentio: & utrobique eius opera apud Pisone  
Cicero uidetur uti. de Pisone autem ep. 4. 10. 12. huius lib. & 10. l. 14. ATTRIEVATVR, & denueretur,  
soluat. Attributam pecuniam Pedianus dicit esse, quam in stipendium militum ex aerario deprom-  
ptam tribuni aeratij quaestoribus adnumerabant. Idem fere M. Varro. sed a rebus publicis transferri ad  
priuatas, docet illud ep. 3. l. 16. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum, quae quamquam ex  
plícata sunt; tamen, quod & Dolabellae nomen in his est, & attributio est mihi nominis ignota, con-  
turbat. item illud in epistola ad Tironem fam. lib. 16. De attributione conficies: de representatione ui-  
debis. De domesticis rebus haec tenus. de publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius. Ac-  
cipes ab Erote & cognoscas ab Erote, quantum nobis a Faberio debeatur, is enim Ciceronis rationes  
procurabat. epist. 15. & 18. lib. 15. & 2. & 14. lib. 16. **A**RIOBARZANIS filius & eius, quem a Mithridate  
fuisse expulsum legitur in oratione pro lege Manilia. **E**VM. **S**extius noster parochiis publicis occupauit &  
& ei Sextius noster & domum iam, & omnia ad uictum necessaria de publico curauit. Parochiis: praebitionibus  
& parochus, qui huic muneri praeerat, ut sumptu publico sive legatos, sive alios muneribus  
ornaret, aut etiam aleceret, & dixit. Occupauit, quas, ante me cepit, ut ego cum frustra sim inuitatus,  
quale illud in Tusculanis, opinor, questionibus: Occupauit te fortuna, atque ceperit, omnesq. aditus tuos  
interclusi, ut ad me adspicere non posse. legendus Aerom in illud Horatij, Proxima Campano Ponti  
quae nullula testum Praebuit, & parochi, quae praebent ligna, salemq. **S**UMMO beneficio meo & nam Ari-  
barzane, eius fratrem, Cappadociae regem, praefentibus insidijs nec opinantem liberauerat, re-  
gnumq. ei seruauerat, ut in epistola ad Senatum, & in ea, quam eodem libro ad Catonem scripsit. ep. 20.  
l. 5. & fam. ep. 2. & 4. l. 5. **C**VM fratribus illius & unum Ariobarzanem seruauit, ut ipse ad Senatum &  
& ad Catonem scribit: & unum ibi nominat Ariobarzanis fratrem Ariarathem: ut hic uideatur, Fratre,  
legendum potius, quam Fratribus. sed, repugnantibus antiquis libris, nihil muio. **A**PVD me & domi-  
meae: cum tamen ipse abesset, sic locutus ep. 3. l. 15. **A**UCTIO Peducae: & cui Atticus dare operam  
uolebat. ep. 48. l. 13. **C**VM poteris ergo & ad me uenies. **F**ABERIVS & exactio nominis Faberiani. **A**  
**D**ISCIPVLIS & quos Romae habebat, & fortasse is est, qui Cicerones filios docuerat: de quo supra.

Cicero



Cicero S. D. Attico. 3.

**A** Te litteras exspectabam, non dum scilicet: nā  
has mane rescribam. Ego uero ista nomina sic  
probo, ut nihil aliud me moueat, nisi quod tu uideris du-  
bitare. illud enim non accipia in bonam partem, quod  
ad me refers. quid? ipse negotium meum gercrem, nisi  
consilio tuo? sed tamen intelligo, magis te id facere dilig-  
gentia, qua semper ueris, quam quod dubites de nonni-  
bus istis, etenim Coelium non probas: plura non uis.

utrumq. laudo: bis igitur utendum est, praes aliquando  
factus esset, in his quidem tabulis, a me igitur omnia,  
quod dies longiores: steneamus modo, quod uolumus, pu-  
to fore istam etiam a praecone diē, certe ab heredibus.  
De Crispo, & Mustela uidebis: & uelim scire, quae si  
pars duorum. De Bruto aduentu eram factus certior, at-  
tulerat enim ab eo Aegypta libertus litteras, misi ad te  
epistolam, quia commode scripta erat. Vale.

## EXPLANATIO

**N**ONDVM scilicet, § litteras equidem a te exspectabam, sed nondum tamen, qui enim tabellaria  
te mane discedunt, (erat autem Atticus Romae, Cicero in Tusculano, ut propinqui maxime es-  
sent: epist. 12.) mane certe huic peruenire non possunt, multo etiam minus, qui meridie. ISTA nomina  
de quibus ad me scribis. Cicero, cum pecuniam non haberet, unde hortos emeret, Attico mandauerat,  
ut aliquid uenderet. Atticus in uenditione non pecuniam accepit ab eo, qui emit, sed nomina, ita tamen,  
si ea nomina Cicero probasset, ad quem de ea re scripturus erat. VIDERIS dubitare § quod & plura sint  
nomina, ut exigi deinde omnia, nisi magna molestia, non possint; & in istis nominibus non bonum no-  
men Coelius uideatur. AD me refers § Atticus ad Ciceronem retulerat de nominibus illis, ut faceret  
ipse quod liberet; hoc est, ut illa uel acciperet, uel reiaceret, quandoquidem ipsius res ageretur. IPSE §  
si ipse adesset, & meum negotium gererem. VTRVMQUE laudo § utamur, inquit, his nominibus, nam  
neque mihi plura uidentur: & Coelium probo. FACTVS effet § Germani in suis libris, Factus es: ego,  
Factus essem: hoc sensu: nisi haec nomina haberemus, tu aliquando praes factus essem pro me, & quia di-  
xerat, Aliquando, incertum tempus & incertam rem significas: definit, & tempus remq. exprimit, cum  
infest, In his quidem tabulis, in his quidem tabulis, quas in hortorum emptione facturus sum, pro me  
certe spopondisses, nisi haec haberemus nomina, quae hortorum uendoribus dari possent. A ME igi-  
tur omnia § sient, ego te de sponsione non rogabo: ipse per me omnia conficiam. QVOD dies longi-  
ores: § malim sic, Quod dies longior est: ut intelligatur dies nominum exigendorum, quam scriperat  
Atticus abesse longius, quam oportet. TENEMAMVS modo, quod uolumus, &c. § contingat modo, quod  
optamus, ut scilicet hortos assequamur. nam, quod ad diem nominum attinet, quam scribis longiore  
esse: puto fore, ut praeco, qui Scapulanos hortos in auctione uenditurus est, non praesentem pecuniam  
ab emptore poscat, sed diem largiatur solutionis facienda non minus longam, quam ea dies est, ad  
quam haec nomina exigentur, quod si istam diem praeco non concedet; non dubito, quin ab heredi-  
bus eam impetremus. itaque utamur his nominibus: neque te ista dies moueat; cum aequa longa fu-  
tura sit ea, quam ad hortorum pretium persoluendum si minus praeco, heredes certe dabunt; VIDE-  
BIS § ut in auctione Scapulanorum hortorum, quantum poterint, nos adiuuent. Erat enim ex cohe-  
redibus: quod inseguens membrum declarat. PARS duorum § quae pars hortorum ad Crispum,  
quae ad Mustelam pertineat. ep. 5. EPISTOLAM § mihi a Bruto missam.

Cicero S. D. Attico. 4.

**H**ABEO munus a te elaboratum decem legatorum. & quidem puto. nam filius anno post quaestor  
fuit, quam consul Mummius. sed quoniam saepius de  
nominibus quaeris quid placeat: ego quoq. tibi saepius  
respondeo, placere. Si quid poteris cum Pisone, confi-  
cies: Aulus enim uidetur in officio futurus, uelim an-

te possis: si minus, utique simul, cum Brutus ueniet in  
Tusculanum. magni interest mea, una nos esse. scies  
autem, qui dies is futurus sit, si puero negotii dederis;  
ut quaerat. Spurium Mummium putaram in decem  
legatis fuisse: & uidelicet: etenim ευλογία fratri fui-  
se: fuit enim ad Corinthum.

## EXPLANATIO

**H**ABEO munus &c. § infra epist. 26. ita scribit: Sicunde potes, crues, qui decem legati Mummio su-  
beo, igitur, inquit, munus a te elaboratum decem legatorum. Et hic quoque perspicuum est, lapsum esse  
in ordine qui has epistolatas retulit in uolumina: cum infra de nominibus decem legatorum Atticum io-  
get, hic autem ea se dicat accepisse. Et quidem puto § puto eos fuisse, quos tu scribis. NAM filius &c.  
dixerat



dixerat olim Hortensius Ciceroni, in decem legatis cum L. Mummi ad bellum Achaeum profectis Tuditianum fuisse; cum Tuditianum proaum suum intelligeret, Cicero autem de aucto dictum acciperet, sed Atticus proaum fuisse ostendit, eius patrem, quem Cicero significari ab Hortensio putauerat. Respondet igitur ad epistolam Attici, in qua ille scriperat, in decem legatis fuisse Tuditianum Hortensij proaum; cum Cicero eius filium, Hortensij auum, intelligi putasset. Sensus est: Puto plane fuisse decem legatos, quos ad me scripsi, & fuisse in ijs Tuditianum Hortensij proaum. ego autem Tuditiano eius filio intellexeram: quem in decem legatis non fuisse, nunc quidem facile credo; cum quaestor fuerit aucto post, quam quaestor Mummius: ut simile veri non sit, legatum Mummiij fuisse, cum adhuc esset adolecens. vide epist. 6. 31. 32. & 33. M V M M I V S § L. Mummius Achaicus, qui consul fuit cum L. Cornelio Lethulo, clarus euerfa Corintho. De nominibus quaeris quid placet § de noninibus legatorum aucto scriptis. Placere: ostendit sibi placere legatorum nomina, cum dixit, Et quidem puto. CONFICTUS: § ad auro epist. 1. AVIUS § Aulus in eo nos adiuuabit. VELIM ante pessis: § cuperem, ante Brutii aduentum liceret tibi in Tusculanum ad me uenire. VT quaerat § ut quaerat de familiaribus, aut de seruis Brutii, quo die sit uentorus in Tusculanum. Et uidelicet: § & uidelicet puro ita esse, cum enim ad Corinthum fuerit, & fuerit consulis frater; consentaneum est, eum in decem legatis, quos frater habuerit, fuisse.

Cicero S. D. Attico 5.

Misi tibi Torquatum, colloquere tu quidem cum Silio, ut scribis, & urge, illam diem negabat esse mensi Maio, illam negabat. sed tu, ut omnia, illuc quoque ages diligenter. De Crispo, & Mustela scilicet

## EXPLANATIO

TORQUATVM § librum Torquati nomine inscriptum: de quo epist. 32. Torquatus Romae est, infisi, ut tibi daretur. VRGE. § ut hortos suos nobis uendat. ILLAM diem &c. § intelligit hortos Scapulanos, cum dicit Illam diem: cum, Istam, Silianos: & diem intelligit solutionis. Silius enim concedebat, ut hortorum suorum emptor mense Maio pretium persolueret: heredes Scapulae tam longam diem non concedebant. ideoq. Autcum Cicero hortatur, ut urgeat de Silianis. De Crispo, & Mustela § hoc est de hortis Scapulanis: uterque enim heres erat Scapulae. ep. 3. ADVENTVM § cum in Tusculanum ueniet. IN magno nostro negotio § de hortis scilicet.

Cicero S. D. Attico. 6.

DE aquaeductu probe fecisti. columnarium, uide, ne nullum debeamus. quamquam mihi uideor audisse a Camillo, commutatam esse legem. Pisoni, quid est, quod honestius respondere possumus, quam solitudinem Catonis? nec coheredibus solum Herennianis, sed etiam, ut scis (tu enim tecum egisti) de puero Lucullo quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaia sumpserat. sed agit liberaliter, quoniam negat se quidquam facturum contra nostram uoluntatem. coram igitur, ut scribis, constituerimus, quemadmodum rem explicemus. Quod reliquos coheredes conuenisti, plane bene. Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum, sed tamen salutem, & ait Tiro te habere oportere, & ut recordor, una cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripsoram, misi. Iudiciali molestia ut caream, uidebis. Tuditianum istum, proaum Hortensij, plane non noram; & filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. saepe enim hic Spurius, qui nuper est \* epistolam mihi pronunciabat uersiculis facetis ad familiares missas a Corintho. sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui escent imperatorum necessarij, ut nos, ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes possemus. M. Luellum, & L. Murcaenam, & ceteros ad L. Luellum misimus. illudq. & rogetatos, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Vale.

## EXPLANATIO

DE aquaeductu non in agro, sed in urbe. COLVMNARIVM &c. § tributum, quod in singulas columnas domum sustentantes exigetur, propterea quod opulentiam significant habitantium. Caesar lib. 3. de bello ciuili: Acerbissime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur, multa præterea



terea generatim ad avaritiam excogitabantur, in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur. columbaria, hostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, uestimenta imperabantur. **VIDE**, ne nullum  $\delta$ . malo, Vllum. ut dicat: uide, ne in columnarism ullum uectigal incidamus: uide, ut omnino columnarij debitonem effugiamus. Forte quippiā cum columnis Atticus aedificabat Romanus Ciceronis nomine: ut de columnario deinde pendendo non sine causa Cicero timeret. **LEGEM**  $\delta$  qua columnarium antea pendebat. **PISONI** &c.  $\delta$  argentario, pecuniam, Catoni pupillo, aut eius tutoribus creditam, repetenti. **COHEREDIBVS**  $\delta$  Catonis creditoribus. **De pueru Lucullo**  $\delta$  si de pecunia, quam Luculli pueri tutor in Achaia sumpsit, Piso ager. erat autem, ut est in prooemio libri 3. de finibus, unus e tutoribus Cicero. **Cv. illius obturgatoria**  $\delta$  qua Brutus eum obiurgauerat, quod interitum filiae mollius ferret, quam uirum deceret. itaque ipse Brutum solans in morte matris, Est, inquit, alio num tanto uiro, ut es tu, quod alteri praeceperit, id ipsum facere non posse. me quidem cum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio maerore deterruit. cum enim mollius tibi ferre uideret, quam deceret uirum, praeferunt eum, qui alios consolari soleret; accusasti me per litteras grauioribus verbis, quam tua confitudo ferebat. **IVDICIALI** molesta ut caream  $\delta$  scripserat Atticus, esse qui eius patrocinium in iudicij desiderarent uidebis, inquit Cicero, ne quis mihi molestus sit, ut eum in iudicio defendam. nam iudiciali molesta omnino cupio carere. **IStVM**  $\delta$  quem tu scribis in decem Mummi legatis fuisse. **FILIVM**  $\delta$  istius Tuditani filium fuisse putaram in decem: sed uidelicet assentiori. qui patrem scribis fuisse; cum filius, qui tum erat adolescentis, legatus esse non potuerit. **MVMMIVM** fuisse ad Corinthum  $\delta$  cum Lucio fratre, qui eam deleuit. ep. 4. **SPVRIVS**  $\delta$  nepos, ut opinor, Spurius Mummij, quem dicit ad Corinthum fuisse, cum fratre. **NUPER** est, \* Epistola &c.  $\delta$  tale quippiam desideratur. **Mortuus**: ut, Qui nuper est mortuus, legatur, quod in antiquo libro legitur. **MISSAS**  $\delta$  a Sp. Mummio. **QVIN** fratribus fuerit legatus, non in decem  $\delta$  proficiscentibus ad bellum legati dabantur: postea, ut uita prouincia componeretur, decem legati decernebantur. in oratione pro Cornelio Balbo, C. Caesare, inquit, senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, & numero dierū nouo. idem in angustijs aerarij uictorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decreuit. Et de prouincijs consularibus: **Aetum** est de decem legatis: quos alij omnino non dabant, alij exempla quaerebant, alii tempus differebant, alii sine ulla uerborum ornamentis dabant. Et in epistola ad Lentulum: Stipendum Caesari decretum est, & decem legati. quamquam Caesari, ob multas de Gallis uictorias, dignitatis causa decem legati decreti sunt, non ut Gallia, in qua bellum adhuc gerebat, in prouinciae formam redigeretur. Fuit igitur Mummius in primis fratri legatis, in decem non fuit. **ILLVM fratri**  $\delta$  Sp. Mummius L. Mummo. In primis eius legatis  $\delta$  in ijs, quos primum eduxit.

## Cicero S. D. Attico.

7.

**O**PERA M tuam multum, qui & haec cures, & mea expediias, & sis in tuis multo minus diligens, quam in meis. Sextius apud me fuit, & Theopompus pridie: uenisse a Caesare narrabat litteras: hoc scribere, sibi certum esse Romae manere; caussamq. eam adscribere, quae erat in epistola nostra, ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset negligenter sumptuaria. est & λογος: idq. eram suspicatus. sed istis mos gerendus est; nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi

& Lentulum cū Metella fecisse diuortium. haec omnia tu melius. recribes igitur quidquid uoles, dummodo quid: iam enim non reperio, quid te rescripturum pue, nisi forte de Mustela, aut si Silium uideris. Brutus senuit in Tusculanum post horam decimam. hodie igitur me uidebit: ac uellem, cum tu adesses. misi equidem nunciari, te, quoad potuisses, exspectasse eius aduentum, uenturumque, si audisses, meque, ut facio, continuo certiore esse facturum. Vale.

## EXPLANATIO

**H**AEC cures,  $\delta$  haec, quae ad me scripsisti. nam Attici litteris responderet. **A CAESARE**  $\delta$  in Hispania bellum gerente contra Pompeii liberos. In epistola nostra  $\delta$  intelligit epistolam, quam ad Caesarem scripta: quam tamen, ut opinor, non misit, quod in ea Caesaris amici, qui Romae erant, nimium multa mutari uellent. ep. 27. & 28. argumentum autem illius epistolae hoc fuit, ut Caesar remp. contuleret; quae minus firma uideretur, legibus, quas ipse tulerat, neglegetis; deinde ad Parthicum bellū proficisciatur. ep. 33. **LEGES** suae  $\delta$  ut de iudicij, de sumptibus, de praemijs eorum, qui plures filios suscepissent. quas leges tulit post bellum Africanum. Dio lib. 43. **EST** εὐλογος  $\delta$  uelle Caesarem Romae manere propter eam caussam. **IPO**  $\delta$  eram suspicatus &c.  $\delta$  ego item existimaueram, fore, ut Caesar maxime propter eam caussam Romae ueller manere, ne se absente leges suae negligerentur: idq. scripsi in epistola ad Caesarem. **SED** istis mos gerendus est  $\delta$  quibus eam epistolam mitti non placet. epist. 28. **NISI** placet &c.  $\delta$  nisi tu in hac opinione es, ut hanc ipsam sententiam persequamur, hoc est, ut omnino scriptam epistolam ad Caesarem mittamus. **Et** Lentulum cum Metella fecisse diuortium, refertur ad illud, Sextius narrabat. **De** Mustela, aut si Silium uideris  $\delta$  de hortis Scapulanis, & Siliantis, hoc

hoc supra ita saepe narratur, ut hic putidum videatur explanare. Misit equidem ei nunciari, § pro, significavi, ut ei nunciaretur. infra epist. 10. Hodie Spintherem exspecto: misit enim Brutus ad me. Et ad Brutum, epist. 16. lib. x. fam. Mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Et epist. 9. ad Tironem: Curio misit, ut medico honos haberetur. Raro tamen cum infinitu*m* iunctum inuenitur: & abundare potest, Nunciari.

Cicero S. D. Attico. 8.

**P**LANE nihil erat, quod ad te scriberem. modo berij fundus num quis in Pompeiano, Nolano uenalis enim discesseras, & paullo post triplices remiseras. uelim cures fasculum ad Vestitorium deferens. a Philoxeno Payariorum sed apoyatas. Te idibus uidendum: & alicubi des negotium, qui quaerat, Q. Fabio cum tuis. Vale.

## EXPLANATIO

**T**RIPLEX remiseras. § modo a me discesseras, & paullo post ego ad trias litteras miseram, tuq. ad omnia respondeas: ut iam, quod scribam, nihil plane sit. Triplices: non dicit, trias, sed triplices, quasi, tribus meis epistolis respondentes. Et cum dicit, Paullo post triplices remiseras; plus dicit ad ostendendam argumenti in opiam, quam si dixisset, Paullo post trias ad te miseram. quod enim tribus epistolis Cicero scripsisset, colligere eadem illa, & in quartam coniijcere potuisset; quod facere non numquam solemus, ita scribendi sententiam habuisset. cum autem non modo ipse ad Atticum trias misisset, sed Atticus ad omnia respondens triplices remisisset: iam plane, quod scriberet, reliquum nihil erat. **C**OELIANORVM § uide illud ep. 7. lib. 12. In Brutii epitoma Fannianorum. A PHILOXENO § mitte Panaetij librum de prouidentia, a Philoxeno sumptum.

Cicero S. D. Attico. 9.

**C**OMMODVM discesseras heri, cum Trebatius uenit, paullo post Curtius, hic salutandi causa, sed mansit iniustatus. Trebatium nobis cum habemus. hodie mane Dolabella. multas sermo ad multum diem. nihil possum dicere exercitop. nihil φιλοσοφότερον, uenitum est tamen ad Quintum, multa a cōata, ad inīcta, sed unum eiusmodi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. sed hactenus, & rū pos ad me uenii, cum haberem Dolabellam, Torquatus, humanissimeque Dolabellam, qui bus uerbis secum egisset, exposuit, commodum enim egerā diligenter, quae diligentia grata est uisa Torquato. A te exspecto, si quid de Bruto, quamquā Nicias confectum putabat, sed diuorium nō probari, quo etiā magis labore idem, quod tu, si quid est enim offendit, haec res mederi potest. mihi Arpinum eundem est. nā & opus est constitui a nobis illa praediola: & uereor, ne exēndi potest, as non sūt, cum Caesar uenerit: de cuius aduentu cum opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex litteris Messallae, cum illuc uenire, intellexeroq. quid negotiū sit; tum, ad quos dies redditurus sim, scribam ad te. Vale.

## EXPLANATIO

**D**OLABELLA § confectum enim bellum erat in Hispania: cui Dolabella interfuit, & ante Caesarem in Italiam reuerit, ex exercitop. § cum maiore significatione benevolentiae. Et subintelligi perspicuum est, illius sermone. VENTVM est tamen ad Quintum § pro, Tamen, rectius mea sententia legeretur, Tandem, sensu non obscuro. MVLTA dīcta, ad inīcta § dicebat Dolabella a Quinto filio dicta contra Ciceronem in Hispania: quod & antea litteris idem Dolabella obscurè significauerat, epist. 37. libro 12. EXERCITVS § Caesaris in Hispania, non, inquit, secreto, aut inter paucos mihi male dixit Quintus, sed ita palam, ut exercitus omnis cognosceret. & cum alia in me coniecit dīcta, ad inīcta, § tum unum eiusmodi, quod ego, nisi exercitus id sciret, non dico Tironi dictare, sed ipse scribere non auderem. Sed hactenus § reprimat se, nam cum ostendisset, illud maledictum a Quinto in se collatum ira turpe esse, ut scribendum non uideretur, sed scribere tamen se uelle, quando id exercitū notum esset uniuerso: uictus acerbitate rei, scribendi consilium omisit, & intulit. Sed hactenus, figura utens sententiam terminante. SECVM egisset, § de te Torquati, ut apud Caesarem aliquid ageret Dolabella Torquati causa, cum Torquatus ipse gratia minus posset, qui Pompeianus fuisset. intelligo autem Aulum Torquatum: nam Lucius frater perierat, ut in Bruto legitur § quem librum ante hoc tempus scriptum esse, nel id aperte indicat, quod in eo libro Marcellum ait Mytilenis uiuere, hic autem occisum esse tradit, epist. sequenti. Si quid de Bruto § quid significat? Brutii nouas nupias, nam dimisla Claudia, Appij filia, de qua in familiaribus epistolis lib. 3. ep. 4. Porciā fluxit Catonis Uticensis filiam: cuius & Plutarchus in Bruto, & Catone Uticensi, & Valerius Maximus

S F lib. 3.



lib. 3. mentionem fecerunt. **NICIAS** 3 qui erat apud Ciceronem. ep. 23. & 52. lib. 12. CONFECTVM putabat 3 de Porciae nuptijs. & confectum sane est ante Caelaris aduentum. nam infra, Porciae laudationem, scribit, esse mitrandam Domitio, & Bruto; Domitio, quod filius esset; Bruto, quod affinis, ex Porciae coniugio. ep. 37. & 45. DIVORTIUM 3 Claudiæ. LABORO idem, quod tu 3 ut Porciam ducat, Catonis filiam. in quo fallitur Plutarchus, qui Brutum ait eam uxorem accipisse a Catone aunculo: cu haec scripta sint post deuictos in Hispania liberos Pöpeij, id est post obitum Catonis. OFFENSORIS si quid apud homines offendit, quod Claudiam repudiarit. HAEC res 3 nuptiae Catonis filiae. quos enim offendit Claudiæ diuortio, eos sibi reconciliabit Porciæ coniugio. Et non ira multo post eadem de re, Bruto, inquit, quam primum agendum puto, praesertim si statuit. sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut seddarit. erat enim Catonis nomen maxime populare, quod nemo umquam a libertate constans stetisset, usque eo, ut sibi mortem consilcere maluerit, quam servire. IN Arpinum 3 erat enim in Tusculano, cum haec scripsit. CONSTITV 3 ut fructus redderent ubiores. Fuit faciendum, inquit paullo post, ut constituerem mercedulas praediorum. EXEVNDI 3 si manerem hic ad Caelaris aduentum, cum ex bello Hispanien si Romam uictor redibit, tum mihi in Arpinum ire minus licet, ne ille suspicaretur iccirco me longius discedere, quod uictorem aequo animo uidere non possem. cundum igitur, ante quam ueniat. DE ciuus aduentu 3 ad quam diem affuturus esset. L L V C 3 in Arpinum. QVID negotij sit 3 in constituendis praediolis.

Cicero S. D. Attico.

10.

**M**INI ME miror, te & grauiter ferre de Marcello, & plura ueneri periculi genera. quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec uidebatur natura ferre, ut accidere posset? omnia igitur metuenda. sed illud παρὰ τὴν ισοπλατηνήν, praesertim me reliquum consularem, quid tibi Seruius, quid uidetur? quāquam hoc nullam ad partem ualeat scilicet, mibi praesertim, qui non minus bene actum cum illis putem. quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an sorris? quod nisi hoc mihi uenisset in mentem, scribere ista nescio quae; quo uerterem me, non haberem. ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κανόνες τρεπανα, & πολιτικώτερα. faciendum certe aliquid est. ualde enim desiderat. Brutus si quid, curabis ut sciām. cui quidem quam primum agendum puto, praesertim si statuit. sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut

sedarit. sunt enim, qui loquuntur etiam mecum, sed haec ipse optime, praesertim si etiam tecum loqueris. Mibi est in animo proficiēti xii. Kal. hic enim nihil habeo quod agam, ne hercule illuc quidem, nec uiquam, sed ramen illuc. Hodie spintherem expecto, miseriōnem Brutus ad me: per litteras purgat Caesarē de interitu Marcelli: in quem, ne si insidiis quidem ille intersectus eset, caderet ulla iustificio. nunc uero, cum de Magio constet, non ne furor eius omnem causam sustinet? plane, quid sit, non intelligo. explanabis igitur: quamquam nihil habeo, quod dubitem, nisi, ipso Magio quidem fuerit causa amentiae; pro quo quidem etiam sponsor factus est. nimis id fuit. soluendo enim non erat. credo enim petuisse a Marcello aliquid, & illum, ut erat, constantium respondisse. ev. παρὸν δεσμος. Vale.

## EXPLANATIO

**D**E Marcello, 3 quem P. Magius Chilo in Atheniensium portu interfecerat. exstat de eius interitu Sulpicij epistola ad Ciceronem. NEQUE acciderat antea 3 numquam enim acciderat, ut clarissimus uir ab homine tacerrimo, ueteri amico, & comite, nullum ob catastram occideretur. cum autem nunc acciderit, quod nemini in mentem uenisset timere: nullum iam est periculi genus, quod metendum non sit. παρὰ τὴν ισοπλατηνήν, 3 scripsit Atticus Ciceroni, ut se diligentissime custodifet, praesertim reliquum consularem. hoc, inquit, est praeter historiam; contra ueritatem. quid enim? Sei Sulpicius non & ipse consularis? TV: 3 posuisti in epistola tua. uel coniunge sic: παρὰ τὴν ισοπλατηνήν, 3 praesertim, reliquum consularem. ut sit, Tu praesertim, qui errare non soles in historiis. RELIQVIA consularem 3 subintelligitur, ut omni diligentia tuear, atque conseruem. Hoc nullam aut partem ualeat 3 haec cautio, atque haec diligentia, quam in tuenda salute adhiberi uis, quem fructum afferet, mihi praesertim, qui in uita iam quod agam nihil habeo, neque dotri, neque foris? Evidem sic estimo, non minus bene actum cum illis, qui perierunt, quam nobiscum, qui fortunatus beneficio conservati sumus. Quid enim sumus? 3 non est de pluribus sententia, sed de ipso tantum. nam interius Quod nisi hoc mihi uenisset in mentem, scribere ista nescio quae; quo me uerterem, non haberem. κανόνες τρεπανα, & πολιτικώτερα 3 subaudi, mittenda. Puto, inquit, quemadmodum tu scribis; librum aliquem ad Dolabellam nobis esse mittendum, qui contineat non τὰ φιλοσοφία, sed pōitū τετταράς quaedam, & πολιτικώτερα. quod eius generis scripta magis uiderentur Dolabellae conuenire, qui nō in studiis doctrinarum, sed in republica, & in communi quoddam litterarum gestere uelamus esset. VALDE enim desiderat 3 ep. i. 3. Volo Dolabellae ualde desiderant: non reperio, quid: & simul 3 si statuit eam ducere, puto ei faciendum esse, ut quam primum ducat. SERMVNCIVM 3 certum, qui diuortium Claudiæ reprehendebant. nam & supra: Nicias confectum putabat, sed diuortium

non

non probari. RESTINXERIT, aut sedarit: hoc est, quod dixit in epistola proxima superiori: Si quid est offensionis, haec res mederi potest. nam populum non tam offendit Claudiæ dissidio, quam delebat Porciæ nuptijs. QVI loquuntur etiam mecum: Claudiæ diuortium improbantes. IPSE: Brutus, haec, inquit, ipse optime statuet, praesertim si utetur consilio tuo. mecum enim hac de re loqui non poterit, qui in Arpinū cogito x. Kal. Quinet. x. Kal. Quinætiles. profectus tamen est triduo post, nempe i. x. Kal. ut scribit ep. 21. & 34. SED tamen illic: illic tamen quiddam est, quod agam. quid autem illud erat? ut scilicet sua praediola constitueret. lege in ea, quae hanc antecedit, & ea, quae consequitur epistola. SPINTHEREM: hic est, de quo ep. 51. lib. 12. & 10. lib. 14. a patre Spintheris cognomen accepit. MIST: significavit. ut illud ad Tironem: Curio misi, ut medico honos haberetur. & ad Brutum: Mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. DE interitu Marcelli: erant enim, qui suscipabantur, M. Marcellum a P. Magio fuisse occisum auctore Caesare. CVM de Magio constet: cū constet, P. Magius, qui Marcellum uulnerauerat, paullo post flagitium agnouisse, seq. ipsum, sibi e scelere irritatum, interfecisse: res indicat, eius facti causam non in Caesarem, sed in Magij furorem conferendam. NON intelligo: cur Brutus Caesarem purget. appetit enim, aliquid in Caesarem dici, quod quale sit, uelim explanes. QUAMQVAM &c.: ego, inquit, quod ad me attinet, non dubito, quin Magius amētia impulsus Marcellum interficerit in scio Caesare: sed illud cogito, quaenam illi tāræ amentiae causa potuerit esse, ut talēm uirum, amicum suum, etiam sponsorem occideret. NIMIRVM id fuit: nimis propter eam sponsonem Marcellum Magius intererit, cum enim una cum Marcello Romanam rediret, & creditoribus non haberet unde solueret; credo, petiisse aliquid a Marcello sponso suo, illum autem non quidem cum opprobrio, sed constanter respondisse, negantem se daturum: ex eo Magium in iram, & amentiam prolapsum, illum occidisse. Hoc Cicero, coniecturam secutus, opinabatur: sed Valerius Maximus lib. 9. aliam ponit eius amentiae causam: cuius uerba subscriptemus. Consternatum, inquit, Magij Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum a Caesare spiritum sua manu eripuit, uetus amicus, & Pompeianæ militiae comes, indignatus aliquos sibi amicorum ab eo praeferri. urbem enim a Mitylenis, quo se contulerat, repetenter, in Atheniensum portu pugione confudit, protinusq. ad irritamenta uacaniae suae trucidanda tetendit.

Cicero S. D. Attico. II.

**C**REDEBAM esse facile: totum est aliud, postea quam sum a te disunctor. sed fuit faciendum, ut & constituerem mercedulas praediorum, & ne magnum onus obseruantiae Bruto nostro imponerem, post hoc n. poterimus commodius colere inter nos in Tusculo: hoc autem tempore, cum ille me quotidie uidere uellet, ego ad illum ire non possem, priuabatur omni delectatione Tusculani. tu igitur, si Seruilia uenerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit quando obuiam, quidquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, conuenias. nides, quam maturum sit. sed tamen, quod commodo tuo fuit. Vale.

## EXPLANATIO

**C**REDEBAM esse facile: longius abesse a te. nam haec scripsit Arpini, quo se ex Tusculano contulat. Postea quam sum a te disunctor: postea quam hoc ueni, e Tusculano profectus. ubi minus eram a te disunctus, quam nunc sum. nam Roma multo propius abest Tusculanum, quam Arpinum. FUIT faciendum: ueniendum omnino hoc fuit. MERCEDULAS praediorum: supra: Mihi Arpinum eundum est: nam opus est constitui a nobis illa praediola. Mercedulas: uectigal, quod ex praediorum locatione capiebat: ut epist. 30. libro 12. Ciceroni, uelim hoc proponas, ut sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argilet, & Auentini. & ep. 18. lib. 15. Ab Erota quaetas, ubi merces insulatum. CONSTITVEREM: certiores atq. uberiores redderem. ONVS obseruantiae Bruto nostro imponeret: cum n. uerq. esset in Tusculano, Brutusq. Ciceronem quotidie uidere uellet; Cicero autem ad illum quotidie ire non posset; sequebatur, ut Brutus ad Ciceronem, quod Cicero nollebat, indignum existimat, Brutum ad se quotidie domū uenire. Exiui igitur, inquit, e Tusculano, ne Bruto nostro quotidie ad me ueniendi onus imponerem. Obseruantiae: obseruare est assidue cum aliquo esse honoris causa, unde illud in prima epistola: Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam uenit. obseruat L. Domitiū maxime: me habet proximum. Et Phil. 11. Custoditus sum a te, tu a me obseruatis in petitione quaefuturae. COMMODIVS colere inter nos: nā hoc tempore minus commode poterant, itaq. ep. 23. Nunc, inquit, cū ita simus affecti, ut non possimus plane simul uiuere; (intelligis, n. profecto, quo maxime possita sit εὐμάθωσις) facile patiebar nos potius Romæ una esse, quā in Tusculano. PRIVABATVR &c.: mecum esse quotidie uolebat, nec id poterat suo commido, cum ei ueniendum ad me esset, ita nullā delectationē capiebat ex Tusculano. VENERIT: Rōman. EGERIT: de nuptijs. ep. 9. QVANDO obuiam: Caesari proficiscatur, ex Hispaniensi bello reuertenti. CONVENIAS: uide illud ep. 2. Pisonem sicubi de auro. QVAM maturum: aurum enim a Pifone quaerebat, ut Scapulanos hortos, quos in auctione coheredes uendituri erant, possent emere. Maturum: quia dies auctionis instabat. quod infra paullo apertius, his uerbis: De Scapulanis hortis toto pectori cogitemus: dies adeat.

**V**ALDE me momorderunt epistolae tue de At-  
tica nostra: ecedem tamen sauerunt, quod n.  
te ipse consolabare cisdem litteris, id mibi erat satis fir-  
mum ad leniendam aegritudinem. Ligarianam praec-  
clare uendidisti: post hac quid scripsero, tibi praec-  
conium deferam. Quod ad me de Varro scribis; scis,  
me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribe-  
re, ut Varromem nusquam possem intexere. postea autem  
quoniam haec coepi φιλολογική τερα, iam Varro mibi denun-  
ciauerat magnam sane, & grauem περιστώσεων, bien-  
nium praeceperit, cum ille Καλλιτέχνης assiduo cursu cu-  
bitum nullum processerit. ego autem me parabam ad  
id, quod ille mibi misisset, ut αὐτῷ τῷ μετρῳ, καὶ λόγῳ,  
si modo potuisse. nam hoc etiam Hesiodus adscribit,  
αἰτία δώναι, nunc illam τῷ τελῷ των ταξιν, sanc mibi

probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus. id, non nolle mibi scripsi, ergo illam ἀκαδημίαν, &  
qua bonipes nobiles illi quidem, sed nullo modo philo-  
logi, nimis acute loquuntur, ad Varromem transfe-  
rus, etenim sunt Αριστοφάνες, quac iste ualde probat.  
Catulo, & Lucullo alibi reponeamus, ita tanen, si tu hoc  
probas: deq. eo mibi rescribas, uelim. De Briniana au-  
tione accepi a Velsioro litteras, ait, sine ulla controu-  
sia rem ad me esse collatam ( Romae uidelicet, an  
in Tusculano me fore putauerunt ) ad v i i i . Kalen.  
Quintus, dices igitur vel amico tuo, vel Otboni coheret  
meo, vel Laboni nostro, pugnum proferant auctiōnes;  
me circiter nonas in Tusculano fore. cum Pisone Ero-  
tem habes. De Scapularis horis toto pectori cogi-  
mus, dies adest,

## EXPLANATIO

**D**E Attica 3 quod eam significabant aegrotare. ep. 13, 15, 17, 21. & 22. CONSOLABARE 3 cum  
causam scriberes, cur eius inualetudinem putares forte non diuina, AEGRITUDINEM 3  
dolorem & molestiam meam ex Atticae morbo suscepram. Et est aegrotatio in corpore, aegritudo in  
animo. ipse Tusculanarum questionum l. 3. VENDIDISTI 3 metaphora sumpta de ijs, qui, quod ue-  
dere cupiunt, prius laudant, quo libentius ematur ex quo illud Horatij: Laudat uenales, qui uult extu-  
dere, merces. Vendidisti, inquit, praecclare orationculam meam pro Q. Ligario; hoc est, ita meam ora-  
tionem laudasti, ut alij, tuam auctoritatem, tuumq. iudicium secuti, cam probare coepint, aequatq.  
ijs, qui uendori, suas merces laudanti, fidem a libentibus, bonum saepe putant esse, quod uitiosum est. in-  
tra epist. 13. Ligarianam, inquit, praecclare auctoritas tua commendauit. scripsit enim ad me Balbus, ac  
Oppius, mirifice se probare. PRAECONIVM deſeram 3 perit in translatione, nam praecones in au-  
gione uendebant, dicit igitur Praeconium, idest uendendi munus. Cum a iquidi, inquit, a me scriptum  
emittere uolero, rogaro te, ut id ante, quam emitatur, tua auctoritate commendas: ut scilicet alij de  
inde probent, quod a te, tali uiro, prius esse laudatum senserint. De Varrone 3 Varronem desiderare  
a me, ut scilicet meis eum scriptis intexam. epist. 14. Nvsqyam 3 quod neque in orationibus peclo-  
nac loquentes inducuntur: & in libris, qui rationem orationem complectantur, scis Varroni locum  
non esse, ex eloquentia minus claro, in oratorijs quidem libris ideo ei locus non fuerat, quod ab ijs,  
qui disputatione, mentio cuiusquam fieri non potuit, nisi eius, qui illis nouis, aut auditus esset, ep. 16. lib. 4  
DANVNCIAVERAT. Et 3 dixerat, se magnum quiddam uelle ad me mittere. προσάρισμα 3 libri de-  
stitutionem, dedicationem, ut nunc loquimur, expressit Graeco uerbo, quod Latino non potuit. de hoc  
autem libro, Academicarum questionum in primo, sic loquitur Varro. Intemperantis esse arbitrio, set  
bere, quod occultari uelit, sed habeo opus magnum in manib; quod iam pridem ad hunc ipsum ( Ci-  
ceronem autem dicebat ) quaedam institui, quae & sunt magna sane, & limantur a me politius. & Cice-  
ro: Istā quidem, inquam, Varro ianu diu exspectans, non audeo tamē flagitare. & in epistola: Expedit  
hanc omnino iam diu, meq. sustinebam; ne ad te prius ipse scriberem, quam aliquid accepisse, ut pos-  
sem te remunerari quam si uillimo munete: sed cum tu tardius id faceres, hoc est, ut ego interpres, si  
lignantius; tamen non potui, quin coniunctionem studiorum, amorisq. nostri, quo possem literarum ge-  
nere declararem. προσάρισμα autem illa Varonis, ut opinor, opus fuit de lingua latina, quod Ciceroni  
inscriptum postea emisit. Καλλιτέχνης 3 tragociarum scriptoris per celebris, Agesilai aerata, cuius ni-  
mum motum in scena reprehensum, ut etiam a Myndio histrione similia sit appellatus, ostendit Aristoteles  
in Arte poetica: quo in libris eum nominatim Graecum adagium in eos, qui satagunt, & oti-  
hil agunt. Suetonius in Tiberio, & Plutarchus in Apophthegmaris, Καλλιτέχνης 3 igitur Varronem ap-  
pellat, quod, assidue scribendo, nihil tamē processisset magis, quam Καλλιτέχνης in curru. PARA-  
BAM 3, reddere aliquid pro eo, quod ille dediceret, & reddere pari mensura, aut etiam, si modo possi-  
sem, cumulatore. HESIODVS 3 uersus Hesiodi est. Αὐτῷ τῷ μετρῳ γε τάχις, αὐτὸν διατίθεται. Quo uero  
eadem mensura iubet reddere, qua acceperis, & cumulatore, si possis. In primo de officijs: Quod si, in-  
quit, ea, quae acceperis uenda, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus: quidnam be-  
neficio pteuocau facere dehemus? Et de claris oratoribus: illud Hesiodum laudatur a doctis, quod eadem  
mensura reddere iubet, qua acceperis aut etiam cumulatore, si possis. αὐτεδυναι: proxima si-  
periore uersiculo, cum hemistichium Hesiodi posuisset, adscriptus, Si modo potuisse: siquidem etiam  
Hesiodus

Hesiodus non hoc modo dicit, *εἰ τῷ τῷ μέτρῳ καὶ λόγῳ, σέντησεν. DESPONDIMVS,* }  
 constituius Bruto mittere. *ΙLLAM ακαδημίαν* 3 libros duos Academicarum quaestionum: quo-  
 rum, Catulus, priorem inscripsera; Lucullus, alterum; quod duorum dierum sermonem, a Catulo & Lu-  
 cullo habirum, exponeret, postea, cum eos libros a Catulo & Lucullo ad Varronem transferre uellet;  
 non solum ut Attico satis faceret, roganti ut Varronem suis scriptis infereret; sed etiam, quod *ακαδημίαν*  
 uideatur, inducere loquentes de philosophia Catulum, & Lucullum, homines illos quidem no-  
 biles, sed eorum rerum, quae in ijs libris disputatione, minime peritos; ex duobus libris contulit in  
 quatuor, eosq; ad Varrone; misit; cum quidem, Catuli, & Luculli omni proslus mentione sublata, par-  
 tes ei Antiochinas dedisset, si bi simpliciter Philonis. sed accedit uel hominum negligentia, uel temporū  
 iniuria, ut ex quatuor libris ad Varronem primus dumtaxat, ac ne is quidem integer, ad nostram aca-  
 demi peruenire, ex duobus antea, quos primum scripsera; Catulo, & Lucullo inscriptis, de quorum sa-  
 lute multo minus Tullium laborasse, quam de posterioribus ad Catonem, credibile est; (quippe, cum di-  
 cat paulo post: Multo haec erunt splendidiora, breviora, meliora.) nescio quo modo Lucullū aequior  
 fortuna seruauit. *NVLO modo photologi* 3 infra ep. 16. In his rebus *ΑΤΡΙΔΙΑ.* & ep. 19. *ΑΝΤΙΩΧΙΑ* 3 cum  
 ijs libri sententiam Antiochi de Academia complectantur; Varto autem partes Antiochinas ualde pro-  
 hec recte ad eum transferentur, ep. 16. & 19. *REPOLEMVS* 3 alijs libris eos ornabimus. Si tu hoc pro-  
 bas, 3 ut ad Varronem transseramus. *De Brinniana auctiōne* 3 Brinnis suorum honorum heredes  
 aliquor instiugrat, in ijs Ciceronem, eorum bonorum auctionem coheredes facere uolebant, more in  
 omnibus fore hereditatibus instituto, in quibus scilicet plures heredes essent; ut, omni hereditate in pecu-  
 niā redacta, sām quisque partem capere facilius posset. A i. r, *sine ulla controvērsia rem ad me esse*,  
*collatam ad 11X. Kal. Quinti.* 3 ait, 11X. Kal. Quinti. coheredum omnium tentatio magistrum auctio-  
 nis me esse cōstitutum. in auctionibus enim hoc seruabatur, ut ex ijs, quorum res in auctione ageretur,  
 unus auctionem gubernaret ac moderaretur, qui scilicet, quanti quāeque res uenire deberet, ipse sta-  
 tuaret arbitratu suo, socijs non repugnantibus. in epistola prima, Vna, inquit, agebant & ceteri credito-  
 res, in quibus erat & Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant magistrum fore, si bona uenirent, L. Pō-  
 tius. Et Quintilianus 1.6. ubi de iſu agit, Ciceronis dictum ponit in Plaetorium, Fonteij accusatorem;  
 Plaetorij inatrem, dum uixit, ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse. Et ludum per translationem  
 ait esse dictum, magistros per ambiguitatem; quod ad Plaetorij matrem, dum uixit, infames fe-  
 minac conuenire solitae; post mortem, eius bona uenabant. *PVTAVERVNT* 3 putauerunt me Romae,  
 fore, aut in Tusculano, ut suo commido me conuenire & colloqui de auctione possent; cum ignorarent,  
 me Arpinī fore usque ad nonas: quo uenturos credibile non essem. Arpinum Roma distet multis mil-  
 libus paſtum. *AMICO tuo* 3 Egnatio. ep. 44. *PROFERANT auctionem* 3 ultra 111. idus: qui erat  
 auctionis dies. Puto, inquit, circiter nonas me in Tusculano fore. ibi me conuenire, & meā de auctionis  
 sententiam poterunt cognoscere, quod si a nonis ad 111. idus, hoc est ad auctionis diem, minus inter  
 esse spatiū uideatur, quam ipsi uellent; paullum proferant auctionem. infra ep. 14. Obire, inquit, auctionis  
 diem facile poterunt. (est enim 111. idus) si me in Tusculano postridie nonas mane conuenient, quod  
 latius uolent proferre diem, poterunt uel biduum, uel triduum, uel ut uidebitur: nihil enim interest.  
 CVM *Pisone Erotem habes.* 3 nunc & Piso, & Eros Romae sunt. cum Pisone igitur, si potes, confice de  
 auro; & ab Erote cognosce, quantum nobis & a Faberio, & ab alijs debeatur, supra epistola tecūda, Piso  
 nem, inquit, scibū de auro. Faberius si uenerit, uidebis ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quan-  
 tum debetur, accipies ab Erote, ita hūc locum, alioqui obscurum, ille locus illustrat, illum autem nostra  
 interpretatio. *De Scapulanis hortis* 3 quos emere cupiebat, ut in ijs filiae monumentum posset aedi-  
 care. & superiore proximo uersiculo & de Pisone & de Erote Atticum admonuit horū hortorum cau-  
 sa. *DIES adeſt* 3 dies auctionis; quo Scapulani horti in auctione uenibunt. supra, huius auctionis tem-  
 pus significans, Pisone, inquit, conuenias. uides, quam maturum sit.

Cicero S. D. Attico. 13.

**C** OMMOTVS tuis litteris, quod ad me de Varro-  
 ne scripseras, totam Academiam ab hominibus  
 nobilissimis absulū, translūq; ad nostrum sodalem, &  
 ex duobus libris contulī in quatuor. grandiores sunt  
 omnino, quam erant illi; sed tamen multa detracta. tu  
 autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris illum uel  
 illud utique scire cupio, quem intellexeris ab eo  
 ἡλοντα, nisi forte Brutum. id hercle restabat. sed  
 tamen scire peruelim libri quidem ita exierunt, (nisi  
 forte me communis φάναις decipit;) ut in tali ge-  
 nere ne apud Graecos quidem simile quidquam. tu il-

lam iacturam feres aequo animo, quod illa, quae ha-  
 bes de Academicis, frusta de cripa sunt, multo tamē  
 haec erunt splendidiora, breviora, meliora, nunc autem  
 ἡλοντα, quo me uentam, uolo Dolabellae ualde deside-  
 ranti, non reperio, quid. & simul à δόσους Τρόπος: ne-  
 que, si aliquid, potero μέμπτιν effugere. aut cessandum  
 igitur, aut aliquid exegitandum. sed quid haec leuia  
 curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quae me  
 ualde angit. sed crebro regnabo tuas litteras: in his  
 quiesco: tamen exspecto nouas. Vale.

EXPLA-



## EXPLANATIO

**A**BSTVLI, transfuliq. 3 abstulit a Catulo, & Lucullo, transtulit ad Varronem, & appellat eos nobilissimos homines, quod honoribus, & rebus gestis Varroni praestabant. MVLTA detracta quam hi libri grandiores sint, quam erant illi ad Catulum; & Lucullum: tamen in illis multa erant, quae in hos non contulit. Qyt intellexeris illum uelle 3 intelligere te scribis, Varronem uelle, ut ego cum meis ornem scriptis, nunc mihi perulum scribas, quo modo intellexeris hoc illum uelle. epist. 18. Exspecto, inquit, quid ad ea, quae scripsi ad te: primum, qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγράφωτος numquam me lacepsisset. ζητούσθαι 3 nam & hoc Atticus adscriperat, intellexisse, nescio quem a Varrone ζητούσθαι, eorum, quos Cicero in suis libris intenuisset. epist. 18. BRVTVM 3 cui opus de Finibus despenderat. Id hercle restabat 3 επανίστης, quasi dicat: inuidia existit inter pares: at Varro neutiquam Bruto comparandus: cur igitur illi inuidet? Sic pro Quinto: Illud etiam restiterat, quod hesterno die fecerunt, ut te in ius adducerent. Eadem ironia Terentius uterum Aetichinum inducit in Adelphis: qui lenoni dicenti, Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, Periurus, pestis; tamen tibi a me nulla est orta iniuria: respondet: Nam hercle etiā id restat. Initatus est fortasse Demosthenem, qui εν τῷ κατὰ φίλ. β. δικ. ἐβάρετο δ' αὐ, inquit, τοῦτο γένεται οὐχ οἰστον. Libri &c. 3 facile assentior, ueritatis causa, ijs, qui libros de finibus ad Brutum intelligi putant. certe in quatuor Academicos ad Varronem significare non potest, qui nondum exierant, nam, si exissent, Atticus eos legisset: non legisse autem, aperte indicat illud. Haec erunt splendidiora, breuiora, meliora: & praeterea tota epistola, & sequentes etiam, quibus Atticus consulit, num quatuor Academicos ad Varronem mittat, quos tamen iam p. r. fecerat, Varrone partes Antiochinas in ijs defendente: sed, inquit, et si nomina iam facta sunt; tamen uel induci, uel mutari possunt. ILLAM iacturam 3 quos enim libros de quaestione Academicis prius scripseram, Catulum uidelicet, Lucullum, eos uides frustra a te esse de scriptis: siquidem haec ad Varronem posteriora intelliges esse splendidiora, breuiora, meliora. BREVIORA 3 erit, cui Cicero uideatur eadem de re non idem dicere. quo modo enim haec ait fore breuiora, qui paullo ante de iisdem libris hoc scripserit, Grandiores sunt omnino, quam erant illi? Non iniuria dubitabatur. certe enim grandiores, & breuiora, uoces inter se sunt non modo cohaerentes, sed etiā contrariae, & plane repugnant in sententia. sed refer hanc ad genus narrandi, illam ad operis magnitudinem. tolletur omnis dubitatio. significat enim: cum in his libris plura dixerit, quam in illis, quod attinet ad res; pressius tamē esse locutum, & breuitatem magis adamasse. ἀπόφει, quome uertam &c. 3 dubius sum, quid agam. nam scribere aliquid uellem, quod Dolabellae desideranti possem mittere: quid autem mittam, non reperio ego enim nunc ταῦτα συστοιχία persequor: quae non uidentur eius personae conuenire; cū is in philosophiae studio minime ueretur. praeterea, αἴδει μαρτυρῶ, hoc est, uereor ne reprehendara bonis, si quid scripsero in gratiam Dolabellae, qui cōtra rem. arma tulit Caesarem secutus. uersus est, quo utitur Hector apud Homerum, Troianorum & Troianorum reprehensionem timens, nisi cum Achille fortiter pugnauerit.

, αἴδει μαρτυρῶ, καὶ τραύματα ἔλασι πέπλου.

Dubius igitur, inquit, sum, dem ne ex meis scriptis aliquid Dolabellae, nec ne. nam & Dolabellae causa uolo: & idem bonorum accusationem timeo. supra epist. 10. Ad Dolabellam, inquit, ut scribis, ita patto faciendum, κοινότητα quaedam, & πολιτική τητα. faciendum certe aliquid est. ualde enim desiderat. Si aliquid, &c. 3 si aliquid ad Dolabellam misero, non potero bonorum reprehensionem effugere. AVT eſſandum igitur, aut aliquid ex cogitandum 3 aut mihi a scriptione defiſtendum est: aut, si defiſtere nolo, ex cogitandum aliquid, quod Dolabellae dem, quod scilicet ab eius persona uideatur esse nō alienum. scribere enim si pergo, & ad eum nihil mitto; offendetur, quod alios meis inseram scriptis, ipsum desiderantem non inferam, aut igitur nihil omnino scribendum; aut ex cogitandum, quod illi mittam. Quod enim dixerat, Non reperio, quid; intulit, Aliquid ex cogitandum. ANGIT 3 quod infirma est. ep. 12. & 15. REGVSTO 3 crebro, inquit, tuas litteras in manus sumo, ijs legendis acquiesco; quia scribis te de ea recte sperare. epist. 17. NOVAS 3 quae significant, illam aut iam conualuisse, aut aegrotare minus grauiter. Idem infra his uerbis: Attica nostra quid agat, Scire cupio. et si tuae litterae (sed iam nimis ueteres sunt) recte sperare inuentur. tamen exspecto recens aliquid, uel Nouas, diem Atticae periculosis: quem exspectandum, fortasse Atticus scripserat.

Cicero S. D. Attico 14.

**B**RINNI libertus, coheres noſter, scripsit ad me, nā manē conuenerint. quod si laxius uolent profert diem, poterunt uel biduum, uel triduum, uel ut videbitur. nihil enim interest. quare, niſi iam profecti sum, retinebis homines. De Bruto, si quid erit, de Cæſare, si quid scies praeterea, scribes. Illud etiam atque etiam

etiam consideres uelim, placeat ne tibi mitti ad Varro-  
nem, quod scripsimus; et si etiam ad te aliquid pertinet.  
nam feito, se ei dialogo adiunctum esse tertium, opinor  
igitur consideremus, et si nomina iam facta sunt: sed  
uel induci, uel mutari possunt. Vale.

## EXPLANATIO

**A**D me uenire. 3 in Arpinum: ut ijs de auctione meam sententiam ostendam, in epistola proxima  
superiore. HEREDITAS tanti non est 3 ut eius causa hanc molestiam hic subire debeam: cum  
huc uenerim, ut constiueris praediorum meorum mercedibus operam dare, non ut occupatus cu-  
randa auctione detinereret. In Tusculano 3 ubi ad nonas futurus sum. ep. 12. 18. DE BRUTI 3 de nouis  
nuptijs. ep. 10. CAESARE 3 de eius reditu ex Hispania. ep. 22. QVOD SCRIPSIUS: 3 quatuor libros  
Academicos. TE EI dialogo adiunctum esse tertium 3 infra ep. 19. Tu es tertius in sermone nostro. NO-  
MINA 3 Varro, Cicero, Atticus: qui in ijs libris colloquebantur.

Cicero S. D. Attico 15.

**Q**VID agit, obsecro te, Atica nostra? nam tri-  
duo abs te nullas accepseram: nec mirum: ne-  
mo enim uenerat: nec fortasse causa fuerat, itaque, ip-  
se quid scriberem, non habebam, quo autem die has va-

lerio dabam, exspectabam aliquem meorum: qui si me-  
nisset, & a te quid attulisset, uidebam non defuturum,  
quid scriberem. Vale.

## EXPLANATIO

**C**AVSSA fuerat. 3 cur quisquam ueniret, cur quemquam ad me mitteres; quod rem, de qua scribe-  
res, non haberes.

Cicero S. D. Attico. 16.

**N**OS, cum flumina, & solitudinem sequeremur, Catonem, Brutumq. transluli. ecce rhae litterae de Var-  
quo facilius sustentare nos possemus, pedem  
e villa adhuc egressi non sumus: ita magnos, & assi-  
duos imbes habebamus. Illam Academitem tuu-  
totam ad Varronem traduximus: modo fuit Catuli, Lu-  
culli, Hortensi: deinde, quia παρά τοῦ πέπτου uideba-  
tur, quod erat hominibus non ignota, non illa quidem  
exaudire, sed in ijs rebus απειλia; simul ac ueni ad

Catonem, Brutumq. transluli. ecce rhae litterae de Var-  
rone, nemini uisa est aptior. Autioχia ratio, sed tamē  
uelim scribas ad me, primum placeat ne tibi aliquid  
ad illum; deinde, si placebit, hoc ne potissimum. Quid  
Seruilia, iam ne uenit? Brutus ecquid agit, ecquando?  
De Caesare quid auditur? Ego ad nonas, quemad-  
modum dixi. Tu cum Pisone, si quid poteris. Vale.

## EXPLANATIO

**V**ESTENTARE nos 3 afflitos, & debilitatos tuū ex ruinis reip. tuū ex interitu filiae. ep. 20. E VILLA 3  
Arpinati, erat enim Atipini, cum haec scripsit: & paullo post, in Tusculanum dicit se esse redditum  
ad nonas: idemq. ep. 12. TRADUXIMVS 3 ep. 13. HORTENSI 3 nam interfuit dialogo, quem secun-  
do libro, Catulo audente, Lucullus & Cicero habuerunt. HOMINIBVS 3 homines ciebant, Carulū,  
Lucullum, Hortensium esse non illos quidem rudes, sed eorum rerum, quae in ijs libris agerentur, igna-  
ros. ep. 12. BRUTVMQ. 3 erat enim Antiochius. ep. 25. Tuae litterae 3 quibus ad me scribis te in-  
tellexisse, Varronem desiderare, ut ego eum meis scriptis insererem, ep. 13. NEMINI, &c. 3 epist. 19.  
Ut legi tuas de Varrone, tamquam εργασίαι arripiui, aptius nihil esse potuit ad id philosophiae genus, quo  
ille maxime mihi delectari uideatur. & ep. 14. PLACEAT ne tibi &c. 3 iam transduxit libros Acade-  
micos ad Varronem: sed consulit Atticum, primum placeat ne aliquid ad illum mitti; deinde, si place-  
bit, hos ne potissimum de Academia libros, nam, si Attico aliter uifum esset, rursus Academiam a Varro  
ne ad alios transduxisset, nominibus mutatis, ut ait ep. 13. quo item loco, Academiam cum dixisset Catu-  
lo se abstulisse, & Lucullo, ad Varronemq. translulisse; rogat Atticum in epistola clausula, num ei pla-  
ceat ad Varronem mitti quod scriperat. & ep. 19. Dandos ne putas, inquit, hos libros Varroni, etiam at-  
que etiam uidebis, cum eos libros in eadem epistola dixerit se iam ad Varronem translulisse. Perspicuum  
igitur est, Academicas quaestiones Varroni non ita libenter Ciceronem dedisse: cum de eo, quod iam  
scriperat, ctebro Atticum consulat, num mitti placeat aperte etiam ep. 19. Mihi, inquit, quaedam oc-  
currunt: subaudi, cur Academia Varroni danda non sit. & ep. 25. Saepe mihi occurrit uultus eius, que-  
rentis



tentis fortasse uel hoc, meas partes in his libris copiosius defensas esse, quam suas. **VENIT?** § Rom. Ecquid agit, ecquando? § de Porciae nupijs: dictum accipio, ut supra. **De Caesare?** § de eius reditu ex Hispania. uide ep. 20. **Ad nonas?** in Tusculano futurus sum. ep. 12. **Cum Pisone?** conficies. conficies autem quid? de auro. uide illud, Pisonem sicubi de auro, ep. 2.

*O L T A M A I T X E*  
Cicero S. D. Attico. 17.

**De v*er*o, exspectabam Roma aliquid, non impe- agat, scire cupio, et si tuae litterae (sed iam nimis uen- rassim, igitur aliquid tuis, nunc eadem illa, quid res sunt) recte sperare iubent, tamen exspecto rece- Brutus cogitet, aut si aliquid egit, & quid a Caesare, aliiquid. Vale.  
sed quid ista, quae minus curo? Attica nostra quid.**

## E X P L A N A T I O

**De vi. § de sexto Kalendas. Tuvis § ut a te mihi litteras referrent, cum ab alijs exspectarem.**  
**De aedem § cum scribendi sententiam non habeam, eadem nunc ad te scribam, quae antea scripsi, haec scilicet; quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit; hoc est, num Porciam cogitet uxorem ducere, aut si iam duxit. Quid a Caesare? quid affectatur de eius aduentu. epist. 10. & 12. Quid agat? ut ualeat. epist. 14.**

*O L T A M A I T X E*  
Cicero S. D. Attico. 18.

**Vides, propinquitas quid habet. nos uero confi- eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγραφητης, ciamus hortos, colloqui uidebamur, in Tusculano cum essem: tanta erat crebitas litterarum. sed id numquam me lacesisset: deinde, quem ζιλοτυπεῖ, multo Hortensium minus, aut eos, qui de rep. loquuntur, quidem iam erit, ego interea admonity tuo persecione argutulos libros ad Varronem: sed tamen exspecto, plane hoc mibi explices uelim: in primis, maneat ne in sententia, ut mittam ad eum, quae scripsi; an nihil recesses putes, sed haec coram. Vale.**

## E X P L A N A T I O

**CONFIAMVS hortos? § emamus hortos: ut & habeam non modo tibi fatum aedificare, sed eti- ubi ipse esse possim; & ab urbe tamen longe ne absim. ep. 36. l. 12. Maxima, inquit, est in Scapulae cel ebritis, propinquitas praeterea ubi sis; ne totum diem in villam. **I**AM erit? § iam ero in Tusculano. erat enim Arpini. **DESTIDERARE a me?** § ut ad ipsum ex meis scriptis aliquid mittam. ep. 12. & 19. **NVMQVAM me lacesisset?** § nihil umquam ad me misisset. **Quem ζιλοτυπεῖ?** § epist. 13. Multo Hortensium minus, &c. § sensus est: Scribe ad me, cui nam inuidet Varro. nisi forte Bruto, quod si Bruto non inuidet multo minus Hortensio; aut ijs, quos in libros de rep. induxi: siquidem omnes mortui, ideoq. extra inuidiam. Videtur propter breuitatem subobscura sententia, nam ante illud, Multo Hortensium minus, apparet aliquid desiderari: & sane desideratur: quod autem desideratur, hoc est: Nisi forte Brutom. id enim Cicero omittit, quod apertius paullo ante scriptserat, his uerbis: Illud utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζιλοτυπεῖ: nisi forte Brutom. Hortensium autem Cicero inscripsit eum librum, quo philosophiam laudauit: ut l. 2. de Diuinatione. itemq. cum inclusicerat in eum dialogū, qui secundo Academicorum libro explicatur. **Vt mittam ad eum, quae scripsi?** § ut mittam ad eum quattuor libros Academicos. **CORAM?** § iam enim ero in Tusculano: quo tu ad me uenies, ut de his rebus coram. ep. 14. & sequenti.**

*O L T A M A I T X E*  
Cicero S. D. Attico. 19.

**COMMÓDUM discesserat Hilarus librarius. l. v.** **sis sis, quodq. tu αὐτὸν esse scribis, Ligarianam, ut**  
**Kal. cui dederam litteras ad te, cum uenit tabelarius cum tuis litteris pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tri-** **uideo, praclare auctoritas tua commendauit. scriptis enim ad me Balbus, ac Oppius, mirifice se probare, ob eamq. causam ad Caesarem mean se oratiunculam mississe.**



misere, hoc igitur idem tu mibi antea scriperas. In Varrone ista causa me non moueret, ne uiderer φιλέδοξος. sic enim constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui uiuerent: sed, quia scribis & desiderari a Varrone, & magnillum aestimare eos confici, & absolu, nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra: Academicā omnem quaestiones libris quattuor, in eis, quae erant contra ἀναταληφίας, praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi: ad ea ipse respondeo: tu es tertius in sermone nostro. si Cottam, & Varronem fecissen inter se disputantes, ut a te proximi litteris admoneor; meum καθόδη φρόσωπον esset. hoc in antiquis personis suauiter sit, ut & Heraclides in multis, & nos sex de rep. libris fecimus, sunt etiam de oratore nostri tres, mihi uehementer probati, in eis quoque eae personae sunt, ut mibi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. puer o me hic sermo a me inducitur, ut nullae esse possent partes meae.

quae autem his temporibus scripsi. Αριστοτέλειον modum habent; in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut per nos ipsum sit principatus. ita confeci quinque libros τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, παπαττικά M. Pisoni daremus. ἀγαθότυπον id fore putaram, quod omnes illi deceperant. haec Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. sane in personas non cadebant. erat enim λογικότερα, quam ut illi de ijs somnia sibi umquam uiderentur. itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam ζητεῖον arripui. aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus, quo ille maxime mihi delectari uidetur, easq. partes, ut non sim consecutus, ut superior mea causa uideatur. sunt enim uebementer τιθαντα. Antiochia: quae diligenter a me expressa, acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum: si modo is est aliquis in nobis, sed tu, dandos ne pretiosos libros Varroni, etiam atque etiam uidebis. mihi quaedam occurruunt: sed ea coram. Vale.

## EXPLANATIO

**N**E tristis sis, § propter ipsius inualetudinem. ἀνίδωσα non periculosa: quod scribis eam non periculose aegrotare. COMMENDAVIT: § cum enim eam a te laudari Balbus ac Oppius cognoverit, auctoritate tua permoti probare & ipsi cooperantur. epist. 12. Ligarianam, inquit, praeclare uendisti. Ne uiderer φιλέδοξος § constituerat Cicero neminem includere in dialogos, eorum, qui uiuerent, ideoq. Varronem intexere nusquam poterat: sed, commotus Attici litteris, qui scriperat Varronem & desiderare, & magni aestimare, mutato consilio in libros illum Academicos induxit. Antiochi sententiam de Academia explicantem, φιλέδοξος: amator illustrium uirorum, scriperat enim Atticus, non semper Ciceroni querendos esse Catulos, & Lucullos, Africanos, & Laelios, aut huiusmodi viros, quibus sermonem tribueret in suis libris; ne nimis ambitiosus in claros viros uideretur; sed etiam dandum esse aliquid ijs, qui minus illustres essent; propterea q. de Varrone cogitandum: ne si semper in suis dialogis disputantes fecisset homines gloria praestantes, ut in tribus oratoriis libris, sex de rep. duobus Academicis, φιλέδοξos uideretur. Respondet: Academicas quaestiones ad Varronem non ideo transstili, ne uiderer φιλέδοξos, ( nam ista causa me non moueret: si quidem iccirco ego de Varrone minus cogitabam, non quod essem φιλέδοξos, uerum quia constituebam, eorum, qui uiuerent, neminem in dialogos includere) sed quia scribis, & desiderare illum, & magni aestimare. Eos § dialogos de Academia: quod per appositionem explanat, inferens, Academicam omnem quaestionem. ACADEMIA OMNEM QUAESTIONEM LIBRIS QUATTUOR. § hoc totum iuspicor abundare, ut glossema superiorum uerborum. COLLECTA § quae enim Antiochus contra Philonis opinionem colligere solitus erat, assentis nihil posse comprehendendi; ea Cicero Varronem fecit explicantem in libris Academicis. IPSE respondet § ideo dicit in epistola ad Varronem: Tibi dedi partes Antiochinas; quas a te probari, intellexisse mihi uidebar: mihi sumpsi Philonis. COTTAM, § L. Aurelium Cottam, L. Torquati in consula tu collegam, insignem iudicis inter tres ordines communicatis. IN ANTIQUIS PERSONIS § cum ijs, qui multis annis ante nos fuerunt, sermonem tribuimus: nullas loquendi partes ipsi assumimus: idq. suauiter, & uenuste sit, quod seruauit Heraclides, idemq. nos in de rep. HERACLIDES cognomens Ponticus, sua Pompicus a molliti, Platonis, & deinde Aristotelis auditor, cuius scripta non exstant. ep. 5. l. 3. ad Q. fr. & in Tusc. 5. & Laertius. Αριστοτέλειον morem § in quo ita disputatur, ut eius sententia, qui illam disputationem scribit, principem locum obtineat. ITA confeci § Ita, Aristotelico more, in primo enim & secundo libro cum Torquato, in tertio & quarto cum Catone, in Quinto cum Pisone disputat, & ita disputat, ut penes ipsum sit principatus. SOMNIASSE § usque adeo Catulus, Lucullus, Hortensius earum rerum, de quibus in duobus Academicis disserbant, imperiti, ignariq. erant, ut de ijs ne somniasset quidem umquam uideri possent. ep. 12. & 16. DE VARRONE § ut cum desiderantem meis libris intexte rem, ep. 16. AD ID PHILOSOPHIAE GENUS § ad Antiochiam rationem, quae in ijs libris explicatur, aptius nihil esse potuit, quam Varronis persona. ep. 12. EASQ. PARTES § quas ego mihi sumpsi. recte, inquit, eccecidit, ut Antiochia Varroni dederim, quae sunt uehementer τιθαντα, partes Philonis mihi sumpsierim, facile enim hac ratione sum consecutus, ne superior mea causa uideretur. quo maiorem a Varrone gratiam inibimus. VEHEMENTER τιθαντα § quae Varro narrat in ijs libris, ab Antiochis auditis, sunt ad persuadendum aptiora, quam illa, quae ego contra Antiochum ex Philonis sententia dispuo: ut hoc queri non possit, meas partes in his libris copiosius defensas esse, quam suas. epist. 25. OCCVRRVNNT § cur nou dandos putem, ep. 22. & 24. CORAM § nam in Tusculano iam ero, quod & in proxima superiore epistola, & in ea, quae proxime sequitur, significat. Tusculanum autem ita propinquum Romae erat, ut eo saepe ad Ciceronem Atticus excurreret.

Tt

Cicero

**A** CAESARE litteras accepi consolatorias: datas prid. Kal. Mai. Hispani. De urbe augēda quid sit promulgatum, non intellexi. id sane scire nūlum. Tōrquato nostra officia grata esse, facile patior: eaq. augere non desinam. De uxore Tuberonis, & priuigna, neque possum iam abdere, (est enim res perulgata) neque Tuberonem uolo defendere: mirifice est enim φιλοσόφως. theatrum quidem sane bellum habuisti. ego, et si hoc loco facilime sustentor, tamen te uidere cupio: itaque, ut constitui, adero. Fratrem credo a te esse conuentum, scire igitur studeo, quid egeris. De fama nihil sane labore, et si scripsoram ad te tunc stulte, nihil melius, curandum enim non est: atque hoc in omni uita sua quemque a

## EXPLANATIO

**C**ONSOLATORIAS, 3 in Tulliolae morte. ep. 22. HISPALI 3 quo Caesar iuit post Pompeij filii acte uictum, ut est in libro de bello Hispaniensi. VRBE augenda 3 ut a ponte Milvio secundum montes Vaticanos Tiberis ducereur. sic enim siebat, ut, Vaticanis montibus cis Tiberim inclusis, & ea fossa, qua prius Tiberis decurrisset, exsiccata, magnam in amplitudinem urbs explicaretur. ep. 33. & 35. PROMULGATVM 3 scriptum in lege proposita. nam Promulgare ualeat legem proponere, facta potestate, ut intercederet, si quis uellet: nemine intercedente, ex promulgatione ad populum ferebatur. NOSTRA officia 3 quod enim Dolabellae de meliore nota commendauerim. ep. 9. DE uxore Tuberoni, & priuigna 3 de rixa inter uxorem & priuignam Tuberoniam orta. NEQUE Tuberonem uolo defendere 3 qui eam rixam aluerit, cum extinguere deberet. THEATRVM 3 habuisti: quod, tamquam in theatro, spectare posses cum uoluptate, quid autem spectare 3 rixam scilicet inter uxorem Tuberoniam, & priuignam. NIHIL melius 3 stulte ad te scripsoram, nihil esse melius fama: hoc est, nihil apud nos pluris esse debere. quam ut homines de nobis honorifice loquantur. nunc de fama nihil labore: curandum enim non est. ATQVE hoc &c. 3 de fama curandum non est: at hoc quidem est curandum: in omni uita sua quemque a recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere, est enim philosophica sententia. HAEC in manibus habere 3 libros de philosophia tractare 3. Nam hoc tempore philosophiam Cicero Latinis litteris explicabat. Δεδηχθαι te nolle 3 nolle te momordisset. quod scripsi nihil me laborare de fama. ego enim in toto nihil curo, nisi ut ei ne desinam. QVOD nihil erat 3 nihil putas licet, quod supra scripsi de fama. nolle, inquit, te me mordisset id, quod scripsi de fama: quod nihil erat. EODEM 3 ad id, quod institueram scribere de fama. IN toto 3 re ipsa. ID ago scilicet 3 επαντία: quasi hoc dicat: Non id ago, ut iudicia uideat tenere, ut in iudicijs uidear regnare: itaque, quod attinet ad iudicia, non curo famam: sed, si summam uideas cogitationum & actionum mearum, curare me dices. a recta enim conscientia transuersum unguem non discedo: ita ne famae quidem desum: siquidem recte uiuentes infamia non sequitur. ad speciem igitur nihil ago, ut uidear laborare de fama, sed in toto, hoc est re ipsa, famae non desum: cum ita uiuo, & ita animatus sum, ut nemo me in officio boni uiri possit reprehendere. Μάζαν αὐτοῖς 3 neque enim ipsi subaudi, quidquam tribuo. & uideretur locus ex ueteri poeta: quem Cicero suo more, ut Attico satis notum, non totum recitat. DOMESTICA 3 quae sunt domestica, quae dicit se non posse ferre: interitus filiae, Quintorum in se maledicta, patris, & filij. ep. 9. l. xi. & 37. l. 12. ISTA 3 urbana. PERFECTUM 3 rectum, & honestum. SENTENTIAM suam 3 ostendere: sed tamen hoc, quod dicam, uere dictum puta: quod indicijs olim operam dederim, non possum non probare: eadem tamen non curiale pulchre possum.

**A**D Hirtium dederam epistolam sine grandem, quā scripsoram proxime in Tusculano huic, quā tu mihi misisti, re scribam alias: nunc alijs malo. Quid possum de Torquato, nisi aliiquid a Dolabellā? quod simul ac, cōtinuo scietis: exspectabā hodie, aut summū eras ab eo tabellarios: qui simul ac uenerint, mittetur ad te. A Quinto exspecto, profici, cēs. n. e. Tu'culano VIII. Kal. ut feis, misi ad eum tabellarios. Nunc, ad rem ut redam, inhibe-

inhibere illud tuum, quod ualde mibi arriserat, nehe-  
menter displicet. est enim uerbum totum nauticum.  
quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar susti-  
nenti remos, cum inhiberi essent remiges iussi. id non esse  
eiusmodi didici heri, cum ad uillam nostram nauis ap-  
pelleretur, non enim sustinent, sed alio modo remigant.  
id ab ἐποχῇ remotissimum est. quare facies, ut ita sit  
in libro, quemadmodum fuit. dices hoc idem Varroni, si  
forte mutauit. nec est melius quidquā, quā ut Lucullus

sustineat currum, ut bonū saepe agitator, equosque.  
semperq. Carneales προσόντη pugilis, & retentionem  
aurigae similem facit ἐποχῇ. inhibitio autem remi-  
gum motum habet, & uehementiorem: quidem, remi-  
gationis nauem conuertentis ad puppim. uides, quanto  
hoc diligenter currem, quam aut de rumore, aut de Pol-  
lione. De Pansa etiam, si quid certius. credo enim palam  
fultum esse de Critonio, si quid esset. Certe ne de Metel-  
lo, & Balbino? dic mibi, placet ne tibi primum edere  
in iussu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is,  
qui Platonis libros solitus est diuulgare; ex quo λέγον-  
τι Επόχας, quid illud? rectum ne existimas cui-  
quam quidquam ante, quam Bruto? cuīte auctore  
προσώπῳ. scripsit enim Balbus ad me, se a te quinctū  
de finibus librum descripsisse: in quo non sene multa  
mutauit, sed tamen quaedam, tu autem commode fece-  
ris, si reliquos continueris; ne & ἀδιόρθωτa habeat  
Balbus, & ἔωλε Brutus. sed haec hactenus: ne ui-  
deas εἰς μηχανήν πονδάζειν. et si nunc quidem maxi-

ma mībi sunt haec: quid est enim aliud? Varroni  
quidem quae scripsit te auctore, ita proprio mittere, ut  
iam Romanū miserū describenda. ea si uoles, statim ha-  
bebis: scripsit enim ad librarios, ut fieret tuis, si uelles,  
describendi potestas. ea uero continebis, quoad ipse te  
uideam, quod diligentissime facere soles, cum a me tibi  
dictum sit. Quo modo autem fugit me, tibi dicere? mi-  
rifice Caerellia, studio uidelicet philosophiae flagrans,  
describit a tuis. istos ipsos de finibus habet, ego autem ti-  
bi non firmo. ( possum falli, ut humanus) a me non ha-  
bere. numquam enim ab oculis meis absuerunt. tan-  
tum porro aberat, ut binos scriberent: uix singulos con-  
ficerunt. tuorum tamen eo nullum delictum arbitror:  
idemq. te uolo existimare. a me enim praetermissum  
est, ut dicerem eos exire non dum uelle. Hui quam diu  
de nugis. de re enim nihil habeo, quod loquar. De Dol-  
bella tibi assentior. coheredes, ut scribis, in Tusculano.  
De Caesaris aduentu, scripsit ad me Balbus, non ante  
kal. Sext. De Attica optime, quod leuius, ac leuius, &  
quod fert δικάς. Quod autem de illa nostra cogita-  
tione scribis, in qua nībī tibi credo ea, quae noni: ualde  
probo hominem, domum, facultates: quod caput est, ip-  
sum non noni: sed audio laudabilia de Scrofa, etiam pro-  
xime accedit, si quid hoc ad rem. Διγένερος est etiam,  
quam pater. coram igitur, & quidem propenso ani-  
mo ad probandum. accedit, n. quod parrem, ut scire te  
puto, plus etiam, quam non modo tu, sed quam ipse scit,  
amo, idq. & merito, & iam diu. Vale.

## EXPLANATIO

**Q**VID possum de Torquato? scribis, ut significem tibi de Torquati negotio: quid possum signi-  
ficare, nisi aliquid a Dolabellae cognouero? nam illud negotium Dolabellae Cicero commenda-  
uerat. epist. 9. QVOD simul ac? simul ac scripsiterit ad me Dolabella quid egerit cum Caesare  
de Torquati re: continuo perscribam. SCIENTIS? tu, & Torquatus. A B ἐποχῇ? ab assensionis re-  
tentio. Inhibitio, inquit, non idem est, quod Retentio. nam, retinere, illud est, quod aurigae faciunt,  
equorum cursum adductis habenis sistentes, inhibere autem, non cum remiges nauem sistent, sed cū,  
alio modo remigantes, eam conuertent ad puppim. Acad. qu. l. 2. IN libro? in secundo Academicorum.  
Nec est melius quidquam, &c. ? in 11. Academicarum quaestionum libro, contra se ipsum ex  
Luculli persona sic loquitur Cicero: Nihil me laedit, inquit. ego enim, ut agitator callidus, prius quam  
ad finem ueniam, equos sustinebo; eoq. magis, si locus is, quo ferentur equi, praecepis erit. sic me ante su-  
stinebo: nec diutius captiose interroganti respondebo. Hic, ut opinor, Atticus Ciceronem monuerat,  
ut pro. Equos sustinebo, scriberet. Equos inhibebo, eumq. Cicero secutus, locum mutauit. deinde cum,  
Inhibe, non idem esse, quod sustinere, didicisset; Attico scripsit, ut restitueretur, Sustinebo. Nec  
est &c. ? uerbum, inquit, Inhibere, quod ualde arriserat, in istum locum uideo non recte uenire: nec est  
melius quidquam, quam ut dicatur, sustinere currum, equosq.. Quenam autem illa, quae ex Academicarum secundo recitaui, sunt ex Luculli persona, qui futurum dicit, ut ad interrogationes sorritarum  
non minus assensionem sustineat, quam sustinere equos soleat agitator callidus: iccirco in hac epistola  
Cicero. Nec est, inquit, melius quidquam, quam ut Lucullus sustineat currum, ut bonus saepe agitator,  
equosq. hoc est: Melius nihil esse potest, quam ut Lucullus sustinere se dicat sive currum, sive equos,  
quemadmodum saepe sustineat: bonus agitator. Illud autem, Sustineat currum, ut bonus saepe agitator,  
equosq.: sentio uerbum esse ex ueteri poeta: quem Cicero integrum sumpsit, quod ad sententiam fa-  
ciebat. quod & alibi eum fecisse animaduertimus. atque illud, quod supra polui ex secundo Academicarum: Ego enim, ut agitator callidus, equos sustinebo; ex eo uerbu esse sumptum, nemo non  
uidet. προσόντη pugilis? προσόντη ait esse id, quod pugiles in pugna faciunt, cum, feriendi causis,  
brachia protendunt. AVT de rumore, aut de Pollione. ? scripsiterat enim Atticus rumoris esse  
necio quid, praescritum de Asinio Pollione, qui cum Caesare bellum gesserat in Hispania con-  
tra Pompej liberos. De Pansa etiam ? de Pansa etiam curo: si quid certius, ut id ad me perscri-  
bas. CREDO enim &c. ? utinam Attici epistolās ad Ciceronem haberemus, quam multa pate-  
rent, quae nunc, tamquam in tenebris abdita, non uideamus. hic certe, quid de Pansae negotio signifi-  
cetur, si quis ex ingenio uelit quaerere, frustra sit diligens. SI quid esset? scribe, subauditur. CER-

Tt a TE

te, ne &c. certe ne ita est, ut ad me scripsi, de Metello Balbino? Dic mihi &c. leuiter cum a  
tico queritur, quod Balbo quinque librum de Finibus dederit describendum. FACIEBAT & quod tu  
facis, cum iausu meo mea diuulgas, uenit ab ille quidem Platoni libros, numquam tamen eos edi-  
dit insciens domino. λόγοι οντός ἀπόστολος uerbis lucratur Hermodorus, quod tum in ore hominum fre-  
quentissimum fuit. Cuius quia m̄ & dari, nam quinque librum Balbo dederat ante, quam Bruto, ad  
quem opus mittebatur. ἀδιόρθωτα & imperfecta, non plane correcta, nam, quaedam dicit se mutasse in  
quinto, postquam cum Balbus ab Attico descripscerat. recte igitur ἀδιόρθωτα. & ep. 22. Nolebam, in-  
quit, aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari, quo loco Inchoatum posuit pro rudi, & impoli-  
to: & ἀδιόρθωτα hic in eam sententiam usurpauit, sic enim est legendum. ξωτα obfoleta, nimis uetera,  
nam si & Balbus, & alij eos libros habebunt ante, quam Brutus: ξωτα certe crunt, cum illi dabuntur,  
eoq. minus grata. Quae scripsi & quatuor Academicos significat. Me tibi dicere? id quod se-  
quitur, Caerelliam describere libros Academicos. CAERELLIA & cum hac Ciceronem libidinis com-  
merciū habuisse, Q. Fufius Calenus in oratione sua apud Dionem obiecit, lib. 46. A me & a librarijs  
ut paullo post: Ad te scripsoram, Caerelliam quaedam habere, quae nisi a te non potuerit. IN TUSCULANO.  
& me conuenient, ut de auctione Brinniana colloquuntur. epist. 12. & 13. ADVENTV & redibates  
Hispania deuictis Pompejū liberis. LEVIUS & aegrotat. ep. 12. & 13. COGITATIONE & cuinam in  
matrimonio colloetur, cum fere iam sit nubilis. NIHIL tibi credo &c. & quippe cum ipse nouerim  
credimus autem ea, quae non nouimus. HOMINEM & hoc refer ad genus, non ad mores, infert enim  
Ipsum non noui. DE SCROFA & scialibi, Audiri de locero meo. ACCEDIT & cum prope Attici aedes  
habitaretur, si Atticam uxorem haberet, ad saceri non longin quas aedes commode iret. opinor enim,  
cum unicam filiam Atticus haberet, eum apud se habitare cum filia uolebat, quod fere nunc quoque  
fit. ιντερέσεος & nobilior, quod ad genus attinet, ob maternos affines.

Cicero S. D. Attico-

22.

**D**E Varrone, non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquirro. occurunt mibi quae-  
dam: sed ea coram te autem à querētā interxi, fa-  
ciamq. id crebrius. proximus enim tuis litteris primū,  
te id non nolle cognoui. De Marcellō, scriperat ad te  
Cassius antea, τὸ κατὰ οὐρανὸν Σερβίους. rem acerbam.  
ad prima redeo. Scripta nostra nusquam malo esse, quā  
apud te, sed ea tam seras dari, cum utrique nostrum in  
debitur. ego & librarios tuos culpa libero, neque te ac-  
cuso, & tamcū aliud quiddam ad te scrip'oram. Caerel  
liam quaedam habere, quae nisi a te non potuerit. Bal-  
bo quidem intelligebam satisfaciendum suisse: tan-  
tum nolebam, aut obsoletum Bruto, aut Balbo in-  
choatum dari. Uarroni simulac te uidero, si tibi uide-  
bitur, mitam quid ante dubitarim, cum uidero te scies.  
Attributos quod appellas, ualde probe. Te de praedio  
aniae exerceri, moleste sero. De Bruto nostro, perodio-  
sum: sed uia fert. mulieres autem uix fatis humane

quae inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium scribam, nihil suit, quod appellares. nam tibi mandassem, si fuisset, nihil enim est apud eum positum nomine uoti, sed est quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem statui conferre, itaque & ego recte tibi dixi, ubi esset: & tibi ille recte negauit. hoc quoque ipsum continuo adoriamur, locum hominibus non sane prebo, quod est desertior: sed habet & nos, & tamen hoc quoque, ut censueris: quippe qui omnia. Ego, ut constitus, adero: atque utram tu quoque eodem die, si quid multa enim; iuigne postridie, etenim coheredes; a quis sine opprimit, malitia est. Alteris iam litteris nihil ad me de Africa. sed id quidem mihi in optimis spe pono, illud accuso, non te, sed illam, ne saltem quidem, at tu & illi, & Piliae plurimam: nec mitem irasci iudicaris. Epistolam Caesaris misi, si minus legisses. Vale.

# EXPLANATIO

**Q**VID tibi placeat, § num ad eum mittendi videantur quatuor Academicis. ep. 20. OCCVRVNT  
cur mittendi non sint. INTEXVI § nam ei dialogo tertius adiunctus est. epist. 13. & 19. CREA-  
BRIVS § ut te in meis libris intexam. De Marcelli § de Marcelli interitu. epist. 10. SER-  
VIVS § Sulpicius. cuius epistolam de interitu Marcelli significat ea legitur epist. lib. 4. ad Sulpitium.  
CULPA libero, § quod meorum librorum copiam fecerim paullo ante. Tuorum, inquit, nullum deli-  
ctum arbitror. a me enim praetermissum est, ut dicerem, eos exire nondum uelle. ALIUD quiddam &  
tamen, quasi te accusans, scripsiteram, Cacrelliam quaedam habere, quae nisi a te non potuerit. epist. 11.  
SATISFACIENDVM § ut quintum de Finibus librum scriberet. Erat autem Balbi apud Caesarem  
summi ponderis auctoritas: ut non sine causa dicat. Balbo quidem intelligebatur satisfaciendum fuisse. ep.  
21. AVR obsequium Bruto, aut Balbo inchoatum § nolebam, libros de Finibus exire, antequam ego eos ad  
Brutum, cui desponderam, misissem: se scilicet, cum mitterem, obsoleti uidetur, quos iam multi an-  
telegissent. INCHOATVM: § nolebam eorum librorum Balbo copiam fieri, quod inchoati, & rudes, ne-  
que dum perfecti essent. ep. 21. MITTAM § quatuor Academicos. ep. 21. QVID autem dubitarim?  
cur dubitarim, mittere essent, nec nescies, cum te uidero. epist. 19. ATTRIBVTOS § assignatos tibia

me, quos exigeret. APPELLAS ἢ ut pecuniam numerent. epist. 19. lib. 5. De praedio aiae ἢ de praedio, quod ad te hereditate peruererat aiae tuae morte. epist. 2. lib. 1. PERODIOSVM ἢ opinor de diuinitate de quo supra. TULLIVM scribam ἢ hic est M. Tullius cognomento Laurea, de quo in epistola ad Rufum, & Plinius. TINI mandassēm ἢ apud Tullium scribam pecuniae quiddam Cicero posuerat. Atticoq. dixerat. Atticus, qui a Cicerone haberet in mandatis, ut nominibus exigendis, quantumcumque posset ei pecuniam cogeter; arbitratus eam pecuniam apud Tullium positam nomine uoti adiuit ad eum: petiit, quod apud eum Cicero posuisset uoti nomine, sibi daret. tum ille, uoti nomine quidquam apud se positum, negauit. NOMINE uoti ἢ ad fanum, quod filiae uouerat. epist. 18. & alibi. In hanc rem ἢ in fanum. DIXI, ubi eset ἢ dixi, apud Tullium me pecuniae nescio quid habere. CONTINVO adorianur ἢ hanc quoque pecuniam quam primum exigamus. HOMINIBVS ἢ ad fanum probo: ad hominum habitationem non probo. εὐλογίας ἢ quod probemus. uide epistolam sequentem. QVI omnia ἢ qui omnia ad te refero, nihil constituis nisi de consilio tuo. ADERO ἢ in Tusculano. SIN quid; multa enim &c. ἢ sin quid te Romae detinebit, multa enim possunt; utique postridie mecum sis. etenim coheredes eo die aderunt, id est postridie nonas. epist. 13. MALITIA est ἢ nam, si me illi ante aduentum tuum opprimenter, astute factum ab illis uideretur: ut, te absente, facilius mihi de hereditate imponerent. IN optima spe pono ἢ te enim de ea nihil scribente, in spem uenio, aut leuiter aegrotare, aut fortasse etiam iam conualuisse. ep. 19. EPISTOLAM Caesaris ἢ quam Caesar ad Ciceronem misit ex Hispania, consolans de obitu filiae. epist. 20. INDICARIS ἢ multo rectius, quam, ut alii, Iudicaris: ut referatur ad Atticum.

Cicero S. D. Attico. 13.

ANTEMERIDIANIS tuis litteris heri statim re- tu istos putas? nostri domum, quam confice Λάρνας. in- scripsi: nunc respondebo uel pertinis. Brutus, credibile est, quam ego ista non curem. omni tibi asse- mallem, me accerseret. nam & aequius erat, cum illi ueratione affirmo, quod mibi credas uelim, mibi maiori instaret & subiunct, & longū: & mehercule nunc, ri offensioni esse, quam delectationi, possessiunculas cum ita simus affecti, ut non possumus plane simul uiue- meas. magis enim doleo, me non habere cui tradam, re, (intelliges enim profecto, quo maxime possum sit evulsius) facile patiebar, nos potius Romae una es- dixisse narrabat, tu autem ueritus es, fortasse, ne ego se, quam in Tusculano. libri ad Varronem non mora- iniuit audirem, sicut id quidem humanitatis: sed, mibi bantur. sunt enim defecti, ut uidi: tantum librario- crede, iam ista non curo. quare da te in sermonem, & rum menda tolluntur. de quibus libris seis me dubitas: sed tu uideris. item, quos Bruto mittimus, in mani- perfeca, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum bus habent librarij. Mea mandata, ut scribis, explica- illa Scæua loqui putas. ne existimes eos, qui non debita quanquam ista retentio omnes ait uti Trebatius: quid coniectari soleant, quod debeat, remissuros. de die tantum uideto, & id ipsum bono modo. Vale.

## EXPLANATIO

MALLEM, me accerseret ἢ significas, Brutum in Tusculanum ad me uenturum, mallem, Ro- mam me accerseret. ITER ἢ cum ire obuiam Caesari constitueret, ex Hispania redeunti. epist. 10. LONGVM ἢ cum Caesari obuiam ire longissime uelles. epist. 39. Auco scire, qualis ei totius itine- ris summa fuerit. AFFECTI ἢ uerque curis de republica, ipse uero etiam interitu filiae. VIVERE ἢ referut ad iucunditatem, remissionemq. animorum: quale illud epist. 15. lib. 4. Rosiae uixi cum Axio, & epist. 20. libro 14. Cum Pansa uixi in Pompeiano. QVO maxime posita ἢ posita est enim in iucun- ditate, cum autem iucunde non licet uiuere, nulla potest esse εὐησθαις. Non morabantur: ἢ qua- tuor Academici ad Varronem non impediunt, quo minus Romanum uenire possim. SVNT enim de ceteris verbis, Defecti, sententia non patitur, ac ne linguae quidem Latinae confutudo, quod si, Perfecti, aut Descripti, recte. DVBITASSE ἢ num ad Varronem mitterentur, epist. 22. QVOS Bruto mittimus ἢ libros de Finibus. ISTA retentione ἢ ut debitam pecuniam non omnino soluant, sed aliquid reti- neant, &c. Ista, a Caesare permissa, ut debitoribus subueniret; quorum etiam causa legem de aesti- matione tulerat. libro 3. de bello ci. Istos ἢ Caesarianos: qui, quod omnibus iure conceditur, eo magis uentur potentiae causa, inteligit autem, opinor, coheredes, quibus partem suam uendi ab Attico cupiebat. DOMVM ἢ ex hereditate. CONFICE ἢ uende meam scilicet partem. ιωλγως ἢ honesta condicione, non optima, sed tolerabili. ISTA ἢ facultates, & opes: quae multi curant. Cui tradam ἢ quod & de filio desperaret, amissa republica, uel, Cuicunque tradenda uidean- tur, quasi filium non probaret, & certe non fuit, quem tanti patris filium agnosceres. Plinius. QVAM habere ἢ subaudi, laetor: ut ad duo uerba, Offensioni, & Delectationi, duo item membra referantur. ILLUD ἢ de retentione. IN sermonem ἢ cum coheredibus. PERSECA ἢ utres, si non perficiatur, saltē aliqua ratione terminetur. iam enim rei familiaris iacturam non curo. CVM illi Scaena

**S**ecunda; cum quo soles admodum libere loqui. Eos; Caesarianos. CONSECTARI; in rapinis, uel in anctionibus de Pompeianorum bonis, uel quoquis modo. REMISSVROS; non esse usuros retentione, quae illis communis omnium uideatur. De die; de retentione recusandum nobis non est: de die, quam illis ad soluendum permitti uelimus, uidendum: neque id ipsum tamen uehementer est agendum. confici enim prorsus uolo; si non licebit, qua die uolumus; ea, qua licebit. BONO modo; leuiter, non acriter, itidem locutus est ad Quint. fratrem libro 2. ομοιλαφια illam tuam bono modo desidero.

Cicero S. D. Attico. 24.

**Q**VID est, quod Hermogenes mibi Clodius, Andromenem sibi dixisse, se Ciceronem uidiſe Corcyrae? ego enim audit a tibi putaram. nil igitur ne ei quidem litterarum? an non uidit? facies ergo ut sciam. Quid tibi ego de Varrone rescribam? quattuor § 19. & 21.

pas sicut in tua potestate. quod egeris, id probabo, nec tamen αἰδομαι τρόπος: quid enim? sed ipsi quam res illa probaretur, magis uerebar. sed quoniam tu συζητεῖς, in alteram aurem. Vale.

## EXPLANATIO

**C**ICERONEM; Marcum filium. LITTERARVM; dedit Cicero, subaudi. AN non uidit? an potius eum Andromenes non uidit? FACIES &c.; cognosces ex ipso Andromene, num eum Corcyrae uiderit. DE Varrone; de mittendis ad Varronem quattuor Academicis. QVATTVR § 19. & 21. μετανοεῖν: ut illud Virgilianum: Nunc pateras libate Ioni. posuit enim continuens pro contento, quatuor libros Academicos significans: nam § 19. & 21., librorum opercula. IN tua potestate; quia, minendi sint ad Varronem Academicici, nec ne, ad te refero. ep. 19. & 22. Nec tamen αἰδομαι τρόπος; nō equidem uereor, ne quemquam offendam, si Academicos ad Varronem mittam: sed, ipsi quam res illa probaretur, ueritas sum: deoq. dubitavi, utrum mitterem: uerum hoc in tua potestate est, mittatur, nec ne. ET illud, αἰδομαι τρόπος, non arbitror hic ad Pompeianos, aut ad Caesarianos pertinere, potius generaliter possum, hoc sensu. Nec tamen sermones hominum reformatio. illud autem, epist. 13. Et simili αἰδομαι τρόπος, ad Pompeianos spectat. RES illa; quattuor Academicici. TV suscipis; tuo periculo Academicos ad Varronem mitti uis. & ita promittis fore, ut illi probentur, ut in te recipias. IN alteram aurem; dormio. securi animi sum de Academicis; quando tu hoc suscipis, fore ut Varroni placeant.

Cicero S. D. Attico. 25.

**D**E retentione, rescripti ad tuas accurate litteras scriptas, conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione, aut retractatione, hoc fieri & oportet, & opus est. De Andromene, ut scribis, ita putaram: scissemus enim, mibi dixisses. Tu tamen ita mibi de Bruto scribis, ut de te nihil. quando autem illum putas? nam ego Romam pridie idus, ita uolu Bruto scribere: sed quoniam tu te legisse scribis, fui fortasse ἀστερος, me ex suis litteris intellexisse, nollo eum me quasi prosequendi sui causa Romam nūc uenire, sed quoniam iam adest meus aduentus; sat quaeſo, ne quid eū idus impediant, quo minus suo commodo in Tusculano sit. nec enim ad tabulam eum desideratus eram. in tali enim negotio cur tu unus non satis es? sed ad testamentum uolebas: quod iam malo alio die; ne ob eam causam Romanum uenire uidear. scripsi igitur ad Brutum, iam illud, quod putabam, idibus, nihil opus esse. uelim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Brutii comodum impediamus. Sed quid est tandem, quod perhor

refcas, quia tuo periculo iubeam libros dare Varroni? etiam nunc, si dubitas, fac, ut sciamus. nihil est enim illis elegantius, uolo Varronem, praesertim cum ille desideret: sed est, ut scis, δινός ἀντρά τάχα κεν καὶ ἀγατίν αἴτιος. ita mihi saepe occurrit uultus eius, querentis fortasse uel hoc, meas partes in ijs libris copiosius defensas esse, quam suas: quod mehercule intelliges non esse, si quando in Epirum ueneris. nam nunc Alexionis epistles cedimus: sed tamen ego non despero probatum in Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocola, facile patior teneri. sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fieri. quare, si addubitatis, ad Brutum transseamus: et enim is quoque Antiochius. o Academicum uolaticam, & sui similem, modo huc, modo illuc. sed, quaeſo, epistola mea ad Varronē ualde ne tibi placuit? male mihi sit, si umquam quidquam tam eniat. at ego ne Tironi quidem dictau, qui totas περισσές persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Vale.

## EXPLANATIO

**D**E retentione, & uide supra. ITA putaram; non esse uerum, quod Clodius eum sibi dixisse narrabat, Ciceronem filium ab eo uisum Corcyrae. SCISSES; Andromenes tibi dixisset, tuq. mihi. TV tamen &c.; quasi cum admiratione. Nihil, inquit, de te scribis, nihil de Bruto: cum ego de utroque

que ex tuis litteris exspectem. **I**LLOVM } in Tusculanum exiturum. ROMAM } cogito, haec enim scripsit Arpini. QUONIAM tute legisse scribis } potest hoc ea figura concludi, quae dicitur παρέβετις . & hoc ideo dicit, quasi Atticam judicare uelit, num illud ad Brutum sit obscure scriptum. ideo infert, Fortasse quod ipse certum nesciret, num fuisset obscurior. hoc, inquit, nolui scribere, me ex tuis litteris intellexisse, nolle cum &c. NEC enim ad tabulam eum desideratus eram } Brutum cupiebam idibus esse Romae, non ut auctioni interesse, sed ut ad ob-signandum testamentum adhibere possem. Ad testamentum } ueteres factio testamento obligatores ex lege adhibebat in Verré l.4. adhibebat, autē amicos fere, aut homines auctoritate praestates: quo magis ratu habetur id, quod anulis claror virorum esset ob-signatu. uide ep. 2 l.7. & apud Valerium Maximum, testamentum Anci Carseolani Pompeium Magnum signasse, legiatur lib.7. MAILO alio die } nolo, ut constitueram, idibus testamentum ob-signare, sed alio die; ne uidet ideo Romanum uenisse, (uenturus autem erat pridie idus, ut paullo ante scripsit) ut Brutum ad ob-signationem testamenti adhiberem, post aduentum meum uno tantum die. **T**OTVM hoc ita gubernes } sic quoquo, ut Brutus suo commido in Tusculano sit, de idibus nihil cogitet: quod iam opus nihil est. **Q**VIA tuo periculo } ad proximam epistolam superiorem Atticus responderat & de Andromene, & de Academicis ad Varronem. de quibus cum Cicero ita scripsisset; Quoniam tu suscipis, in alteram autem: Atticus respondens quodam modo refugere uisus est, ut ipsius periculo mitterentur. ad id igitur Cicero. Quid est, inquit, quod perhorrefea, quia tuo periculo iubeam libros Varroni dari? Si quando in Epistula ueneris } ubi soles esse otiosus, nunc enim te Alexionis epistolae occupatum habent. quis te nolo abiscere, tuis de rebus ex Epiro scriptas, (sic enim opinor) ut meos libros legas, leges autem, si quando in Epirum neneris. In macrocola } in chartas regias, in quas ex archetypo Academicos libros transfluerat, impensis, inquit, iam fecimus in chartas: facile igitur parior, a nobis propositum teneri, ut Academiam Varroni demus: ne, si ad alium, mutato consilio, mitteremus, rursus mihi impensa facienda sit in alia macrocola. Plinii lib. 13. cap. 12. Si addubitas } utrum Varroni Academiam demus. Ad Brutum transeamus } demus eam Bruto. quod etiam constituerant, antequa de Varrone consilium caperet ab Attico admittitus. epist. 14. **A**NTIOCHVS } probat Antiochi partes, quas Varro defendit in Academicis: ut eas a Varrone ad ipsum transfrete non absurde possimus. SVI similem } libri Academicici a Cicerone scripti, cum modo ad hunc, modo ad illum mitterentur, similis plane uidebantur Academiae; quae, cum affirmaret nihil sciri posse, non constare uideretur in sententia: quoniam si dicas, nihil sciri posse; dicas idem, affirmari nihil posse. quod si affirmari nihil dicas posse: cur hoc affiras, nihil sciri posse? inconstans igitur Academiae ratio. EPISTOLA mea ad Varronem } epistola illa, quae legitur lib. 9. ad Varronem, hoc principio, Et si minus flagitare. quam scripsit, ut cum quatuor Academicis mitteret. SPINtheri } seruo amanuensi, & ostendit, quam diligenter scripta sit epistola ad Varronem, cum eam Spintheri syllabatim dictauerit.

Cicero S. D. Attico. 26.

**D**E Virgili parte ualde probo, sic ages igitur. & quidem id erit primū proximum Clodiae. quod si neutrū metuo, ne turbem, & irruam in Draenum. intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosci. ita que reuoluer idem in Tusculano. quidius enim potius, quam ut non hac aestate absoluantur. Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possum, quam Asturae. sed quia qui mecum sunt, credo, quod maestriam meam non ferunt, domum properant: et si poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficisci car-

hinc, ne relictus uidear. quo autem Lanuuius conor e quidem in Tusculanum: sed faciam te statim certiorem. tu litteras conficies, quidem, credibile non est, quantum scribam: et: quin eriam noctibus: nihil est enim somni. heri etiam effecti epistolam ad Caesarem: tibi enim placet. quam non sicut malum scribi, si forte opus esse putares. ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere. sed id quidem, ut tibi uidebitur. mittam tamen ad te ex exemplum fortasse Lanuui, nisi forte Romanum: sed cras scies.

## EXPLANATIO

**D**E Virgili partē } hauc epistolam, cum in ordinem libri superioris inseri deberet, detrusa in hunc locum ignorantia librariorum. argumentum est uel maximum, quod Asturae epistolam scribit, & inde Lanuuum cogitat: Lanuui in Tusculanum uellet, sed ab eo refugere uidetur, ne dolorem ex Tulliolae morte susceptum locus renouaret: propterea quod in Tusculano perierat. itaque dicit, Conor quidem in Tusculanum: quasi, animo repugnante. colligamus nunc, quae scribit superiore libro, primum epist. 40. Postridie, inquit, iduum Lanuui constitui manere, inde postridie in Tusculano, aut Romae. uitum sim facturus, eo ipso die scies, & epist. 43. Ego hinc postridie idus Lanuui, deinde postridie in Tusculano. contudi enim animum, & fortasse uici, si modo permanero. & epist. 45. ibidem. Vincam, opinor, animum: Lanuui pergam in Tusculanum, Sūc & alia argumenta: quae omitto, ne perspicua in re sim nimius. De Virgili partē: } Virgilius unus erat ex coheredibus Scapulanis, qui fortasse Attico dixerat, se suam partem Scapulanorum hortorum Ciceroni concessurum; ut ei locus esset, si fortasse coheredes non in auctione hortos uendere, sed inter se li-

ceri

ceri cogitarent. unde illud epist. 37. l. 12. Heredes Scapulae si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixi, partibus quattuor factis liceri cogitant: nihil est scilicet emptori loci. & illud epist. 43. lib. 12. Perhui aliquid: quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemuis heredem potest effici: sed Multam id perfecturum, si rogaris, puto. & epist. 3. lib. 12. de parte Crispi & Mustelae uult ab Attico certius fieri, cum eam sibi uendi cuperet. VALDE probo 3 quod dicas te tentaturum, num Virgilius, quae pars hortorum Scapulanorum ad ipsum pertinet, eam partem nobis uelit attribuere. ep. 50. lib. 12. de Virgilio, inquit, ut scribis. Id erit primum proximum Clodiae 3 Scapulanos hortos primum cupio; secundum eos, Clodiae. Idem scribit epist. 40. lib. 12. Si quaeris, quid opem: primum Scapulae, deinde Clodiae. & ep. 41. e.l. Nescio quid de Clodia scripsisti, ubi ergo ea est, aut quando uentura? placet mihi res sic, ut secundum Othonem nihil magis. & epist. 43. e.l. Malim primum Othonis, deinde Clodiae. & ep. 51. e.l. Tu mihi aut Scapulanos, aut Clodianos efficias, neceesse est. METYO ne turbem, & irruam in Drusum hortos cupio usque ad intemperantiam itaque, nisi tu mihi Scapulanos, aut Clodianos efficias, Drusus nos emam. & ut ostendat, in eius rei cupiditate se propemodum insinare, moram, non ferre, communibus uerbis non contentus, usurpauit translata, ad significationem haud paullo plus afferentia. Eius in facie, cuius causa hortos quaero; ut sit, ubi aedificari possit. REVOLVOR identidem in Tusculanum: 3 sapientia uenit in mentem, facere fanum in Tusculano, si hortos non inueniam. mihi enim, omnino illud haec aestate absoluere, deliberatum est. epist. 23. De fano, inquit, si nihil mihi horum inuenis, ualde probationem tuam de Tusculano. sed nescio quo pacto celebritatem requireo: itaque hortos mihi co[n]cluas, neceesse est. & epist. 42. l. 12. Considerabis etiam de Tusculano; ne aetas effluat: quod certe non est committendum. & ep. 40. e. lib. VT tempus est nostrum, 3 quasi dicat, Ne asturae quidem facile sum: sed, ut tempus est nostrum, sed, ut in malis, facilius tamen sum, quam ubiuis. & cum dixit, Nostrum tempus, potius ad mortem filiae respexit, quam ad reip. calamitatem. supra, exxwte[?] erant Asturae. FACILVIS libetius: ut illud in epistola ad Coeliam: Quod in maritimis facilime sum, mouet suspicionem me uellet nauigare, & alibi. CONOR 3 ut inuitus, & contra noluntatem, abhorrebat enim a Tusculano, vide ep. 43. lib. 12. Tu litteras conficies 3 dicit hoc, Tu ad me uelim saepe scribas. EPISTOLAM ad Caesarem: 3 haec est epistola, de qua lib. 12. epist. 46. 50. & 51. & lib. 13. epist. 17. 28. & 30. NIL sane est neceesse mittere 3 nam uidetur erga nos ita, ut uolumus, esse animatus: ut necesse non uideatur, ci me haec assentatoria epistola blandiri. In epistola, quae proxime sequitur: Quod aliud argumentum epistolas nostrae, nisi xolaxia fuit? Nisi forte Romam 3 nam si Lanuuo Romam me conferam, ipsa epistolam mecum afferam.

Cicero S. D. Attico.

27.

**E**PISTOLAM ad Caesarem, nobis uero semper recessisse placuit, ut isti ante legerent. aliter enim fuissimus & in hos inofficiosi, & in nosmet ipsos, si illum offensuri fuimus, paene periculosi. isti autem ingenui, mibi gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt: illud uero optime, quod ita multa mutari uolunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit, quamquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum uelle arbitrabar? quod enim aliud argumentum epistole nostrac, nisi xolaxia, fuit? an, si ea, quae optima putaram, suadere uoluissem, oratio mibi desuisset? totis igitur litteris nihil opus est ubi enim επόπληγμα magnum nullum fieri possit, διπληγμα uel nou magnum molestum futurum sit; quid opus est παραγνωσεις pra-

sertim cum illud occurrat, illum, cum antea nihil scripserim, existimaturum, me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. atque etiam uereor, ne paret, me hoc quasi Catonis μεταρχα esse uoluisse. quid quarens ualde me pacinabat: nec in hac quidem re quidquam magis ut uellem accidere potuit, quam quod παραγνωστα non est probata. incidi semus etiam in illos, in cu[m] in cognatum tuum, sed redeo ad hortos. Plane illuc uire, nisi tuo magno commodo, nolo nihil enim urget, quid erit, operam Faberio uonamus. de die tamen attentionis, si quid scies. Eum, qui e Cumano uenerat, quod & plane ualere Atticam nunciabat, & litteras se habere aiebat, statim ad te misi. Vale.

## EXPLANATIO

**I**STI ante legerent: 3 Isti: Caesariani. ante: quam ad ipsum mitterem. ep. 50. lib. 12. & 1. lib. 13. QVAM quam de bello Parthico &c. 3 quamquam non est, cur illam partem reprehendant, quae est de bello Parthico, quod enim hortus Caesarem sum, ut id bellum suscipere, nihil spectauit, nisi quod illum arbitrabar uelle. sciebam enim, quod ego suaderet ut faceret, id ipsum iam in animo habere. quod si ita est; quamobrem eam partem isti non probant? Maluissent autem Caesaris amici, ut potius ei Cicero co[m]morationis urbanae suasor esset, ne se amplius fortunae committeret, confectis iam omnibus cimilibus bellis, & Pompeianis partibus plane deletis. QVID spectare debui? 3 Ciceronem, cum illa ad Caesarem scriptis de bello Parthico debuisse spectare incertos bellorum eventus, communemq. Martem, Caesaris amici dicebant, quod si fecisset, Caesari potius urbanum otium, quam bellicam fortunam, iudicasse. Ego,

Ego, inquit, cum illa scripsi, quae isti non probant; ipsius uoluntatē sum securus, (quid enim aliud spe-  
cere debui, nisi quod illum uelle arbitrabar?) quem ad bellum Parthis inferendum ualde scirem sua  
sponte esse propensum. To tis igitur &c. prorsus non mittenda est illa epistola. ἐπιτευχα magnū  
quod lucrum ilā epistola Cicero sequebatur. Caesaris benevolentiam. Επότε γα uel non magnum mo-  
lestum futurum sit? uel midima enim apud Caesarem offensi uicula mihi esset per molesta: itaque peri-  
clitari nolo. Me nisi toto &c. me exspectasse exitum Hispaniensis belli, deinde scripsi: quasi antea  
ideo non scripsierim, quod de Pompeianorum uictoria sperauerim. Quasi Catonis μέλισσα? ne pu-  
tet me ob eam caussam hanc sibi epistolam misisse, ut hoc quasi munere eum placarem, alienatum eo  
libro, quem scripsi de laudibus Catonis. VALDE me paenitebat? paenitebat me, eam epistolam scripsi:  
& plane cupiebam, istis non probari; ut caussam haberem non mittendi. accidit igitur ut uolebam,  
quod studium in ea scribenda a nobis possum non probarunt. In illos, qui apud Caesarem sunt, qui,  
ex illa epistola naēti occasionem calumniandi, operam darent, ut me in odium Caesaris adducerent. CO-  
GNATVM tuum? Q. Ciceronem, Pomponiac, quae Attici foror erat, filium. quem de Cicerone patruo-  
apud Caesarem detrahere solitum, supra ostendimus, ep. 37. lib. 12. & 9. lib. 13. ILLUC? ad hortos uidē-  
dos, hoc inseguens epistola primo hersu declarat. QVID QVID erit? siue futuri est, ut Scapulanos hor-  
tos emamus; siue etiam non est: pecuniam exigamus a Faberio debitore. AVCTIONIS? hortorum Sca-  
palanorum, sic & ep. 50. lib. 12. De Virgilio, ut scribis, hoc tamen uelim scire, quando auctio. Erat enim  
auctio futura hortorum Scapulanorum: quod indicat illud epist. 23. Puto fore istam etiam a praecou-  
diem, certe ab heredibus, de Crispo, & Mustela uidebis: & uelim scire, quae sit pars duorum. Erat au-  
tem Mustela Scapulae heres, itemq. Crispus, & de Mustela perspicuum est ep. 29.

Cicero S. D. Attico. 18.

**H**ORTOS quoniam hodie eras inspecturus, quid  
uisum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem,  
cum uenerit. De epistola ad Caesarem, iurato mihi cre-  
de, non possum: nec me turpido deterret, et si maxime  
debeat, quam enim turpis est assentatio, cum uiuere ip-  
sum turpe sit nobis? sed ut coepi, non me hoc turpe de-  
terret: (ac uellem quidem: esse enim, qui esse debe-  
bam) sed in mentem nihil uenit, nam, quae sunt ad Ale-  
xandrum hominum eloquentium, & doctorum suasio-  
nes, uides quibus in rebus uersentur. adolescentem in-  
censum cupiditate uerisimilis gloriæ, cupientem sibi ali-  
quid consiliū dari, quod ad laudem sempiternam uale-  
ret, cohortantur ad decus, nō deest oratio, ego quid pos-  
sum? tamen nescio quid e queru exculpseram, quod  
uideretur simile simulaci. in eo quod non nulla erant  
paullo meliora, quam ea, quae sunt, & facta sunt, re-

prehenduntur, quod me minime paenitet. si enim perue-  
nissent istae litterae, mibi crede, nos paeniteret. quid tu  
non uides, ipsum illum Aristotelis discipulum, summō  
ingenio, summa modestia, postea quam rex appellatus  
sit, superbū, crudelem, immoderatum fuisse? quid, tu  
hanc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris mo-  
deratis epistolis, laetaturum putas? ille nero potius nō  
scripta desideret, quam scripta non probet, postremo,  
ut uollet, abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi  
dabam αρχημα αρχημα δειο. multo mehercule magis  
nunc opto, et uel illum, quam tum timebam, uel quem-  
libet. Nisi quid te aliud impediet, mibi optato ueneris.  
Nicias a Dolabella magno opere acceritus, (legi enim  
litteras) et si inuitu me, tamen eodem me auctore pro-  
factus est. Hoc manu mea. Vale.

### EXPLANATIO

**C**RAS scilicet. ex tuis litteris cognoscam. Volebat autē Atticus hortos Scapulanos diligentius in-  
spicere, ut, quoniam eorum auctio futura erat, ante cognosceret, quanti a Cicerone recte possent  
emi. De Faberio? de exigenda a Faberio pecunia, pro emptione hortoru. De epistola ad Caesarem &c.,  
quod me hortaris, ut epistolam aliquam ad Caesarem conficiam, eq. proponam quod ad laudem sem-  
piternam ualeat: iurato mihi crede, non possum: non quod me turpitude deterreat, (et si maxime deter-  
rere debebat: scribere enim ad Caesarem sine assentatione nihil possum: porro, cum nobis uel ipsum ui-  
uere turpe sit, libertate amissa; quanto est turpius, ei, quo eripiente amissimus, assentari?) sed quia pror-  
sus nihil uenit in mentem quod ad illum scribam. Idem ep. l. 12. VELLEM quidem &c. uellem, me tur-  
pitude deterreret, essem enim qui esse debebam: hoc est, in seruitute non uiuere, sed ab hac turpi uita  
uel morte me uoluhtaria vindicarem, Catonis exemplo. HOMINVM eloquentium, & doctorum? ut Ari-  
stotelis, & Theopompi. ep. 39. lib. 12. VERISSIMAE gloriae? non enim uera gloria incensus Caesar est,  
sed falsa, & inani, quam ex interitu reip. quaesiuit. Ego quid possum? ad ueram gloriam cohortanti  
verba non deessent: sed id quidem tuto non possum, hoc autem erepto argumento, praeterea quod scri-  
bam non reperio. TAMEN nescio quid &c. scripseram tamen nescio quid, & mehercule cum labore,  
ut quasi e queru uiderer exculpere, quae est arbor durissima. SIMILE simulaci? uult ostendere;  
quemadmodum e queru simulacrum facere difficile sit, duriore materia, quam ut circumcidisti, aut ex-  
poliri possit; ideoq. potius simulaci quiddam simile, quam simulacrum efficiatur; sic se, cum ad Caesa-  
rem scriberet, argumento admodum angusto, (neque enim, quod & ipsi honestum esset, & Caesari gra-  
tum, scribere licebat; itaque difficulti in loco uersabatur, ut quasi e queru uideretur exculpere) perse-  
ctu opus non potuisse facere, sed fecisse nescio quid, quod operis tamen simile uideretur; more fabro-

Vu rum

cam lignariorum, qui e quercu non perfectum simulacrum formant; quod propter ligni duritatem difficultimum est, sed quod simulaci simile sit, significat epistolam ad Caesarem, de qua ep. 48, lib. 12 & 26, lib. 13. REPREHENDUNTUR, a Caesarianis, qui Romae sunt: a quibus, placuit nobis, ut epistola legitur, antequam eam ad Caesarem mitteremus, ep. 27, lib. 13. QVOD me minime paenitet, quod mihi est minime molestum. PERVENISSENT, ad Caesarem. HVNC de pompa, Quirini contubernalem, & Caesarem: cuius simulacrum, quasi aliquius dei, per pompam inter deorum signa gestatum est in fersculo, quod Suetonius declarat his verbis: Non honores modo nimios recepit, ut continuū consulatum, perpetuam dictaturam, statuam inter reges, sed ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, secundum auream in curia, & pro tribunali thenam, & ferculum circensi pompa, templa, ara, simulacra iuxta deos, puluinar, flaminem, Lupercos. Et Dio lib. 43. τὸ τετέρην ἀρδιάστα με τον ελεφάρτον, οὐτερ δὲ τὸ ἄρρεν επὶ ταῖς ιπποδρόμιοι μετὰ τῶν Δεῶν ἀγαλάτων πίνεται εὔρωσαν, ἀλλα τὴν εἰσόδην τοῦ κυπρίου ναὸν, δεῖραν εὐχήτω, εἴτε φαντασία. hac sententia: Decreuerunt, ut eburnea Caesaris statua, & curru etiam solidus, quo die cursus equorum in circo spectantur, inter deorum imagines per pompam gesta retur; & ut alta praeterea statua in Quirini templo ponetur, cum hac inscriptione, Deo inuidito. Ideo, cum appellat Cicero Quirini contubernalem: & supra ep. 44, lib. 12. Graeco uerbo οὐνύαος, quod in eodem templo simul habitarent. idq. etiā Suetonius significat, cum dicit, Simulacra iuxta deos. HVNC, qui deorum in numero habeatur; cum & imago eius inter deorum imagines per pompam sit uecta, & eiusdem statua, quasi dei, Quirini in templo collocata. POTIVS non scripta desideret, &c. & malo ab illo desiderari, quae scripta non sint, quam non probari, quae scripta sint. POSTREMO, ut uictus, iam nō labore, quo animo erga me sit: ab iusta cura, quae me ante a stimulabat: cum hoc quaerebam, qua ratione & Caesarem mihi conciliarem, & personam tamen optimatis sustinerem. quod tibi quoque dabā cogitandum, ut consilio me iuuares. eq. tunc erat quasi Archimedis quaestio, obscura scilicet, & inexplicabilis. ep. 3, lib. 12. CASVM illum, interitum ineum, significat enim illud tempus, cum in Italiam reuertit, Pompeio in Pharsalica deuicto. quo tempore solitus erat de salute sua, maxime timens, ne Caesar in eos, qui Pompeium secuti essent, foret acerbior. hinc illae libro xi. plenae doloris & desperationis epistolae. MIHI optato ueneris scriperat enim Atticus, se uelle ad illum, si uideretur, profici. PROPECTVS est, cum aliquot dies cum Cicerone fuisset, epist. 51. & 52, lib. 12.

## Cicero S. D. Attico. 29.

CVM quasi alias res quaererem de philologis e Nicia, incidimus in Thalnam, ille de ingenio nihil nimis, modestum, & frug. sed hoc mihi non placuit. se scire aiebat ab eo nuper petitan Conficiam, Quinti filiam uetulam sane, & multarum nupiarum: non esse probatum mulieribus, quod ita reparent, rem non maiorem DCCC. hoc putauit te scire oportere. De hortis ex suis litteris cognoui, & Chrysippo, in villa, cuius insuffitatem, bene noram, uideo nihil, aut paucia mutata. balnearia tamen laudat maiora. de minoribus ait hiberna effici posse. teletta igitur ambulat iunctula addenda est: quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco. ad id, autem, quod uolumus. & ipsa, nihil aptius uidetur, quam lucus, quem ego noram: sed celebritatem nullam

tum babebat: nunc audio maximam, nihil est, quod ego malim. hoc τὸ τον μεταποτοφόρου. Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat; noli quaerere, quanti: Othonem vincas uolo. nec tamen in sanitum illum puto: nosse enim mihi hominī uidetur, ita male autem ipsum esse tractatum, ut mihi ille empator nō esse uidetur; quid enim patretur? sed quid argumentor? si Faberianum explicas, emamus uel magno: sin minus, ne parvo quidem possimus. Clodian igitur: a qua ipsa ob eam caussam sperare videor, quod & multo minoris sunt, & Dolabelae nomen iam expeditum uidetur, ut etiam representatione concludam. De hortis satis. Cras aut te, aut caussam: quam quidem futuram Faberianam: sed si poteris. Vale.

## EXPLANATIO

DE philologis, de peritis ad disputandum. epist. 12. & 19. lib. 13. IN Thalnam, in sermonem de Thalna. DE ingenio, &c. ingenium Thalnae Nicias laudabat, sed non supra modum: frugi hominem, & modestum dicebat esse. Hoc mihi non placuit, quod eius rem audiui non maiorem esse. DCCC. Hoc putauit te scire oportere, forte, quod Atticus illam sibi affinitatis, aut amicitiae iure deuinetam, cogitabat Thalnae in matrimonio collocare. DE hortis, Scapulanis: quos Atticus inspecterat. ep. 27, lib. 13. Et Chrysippo, & Chrysippi sermone, hortis enim cum Attico inspectis, ad Ciceronem profecitus est, erat autem architectus, fueratq. Cyri architecti libertus, ep. 9, lib. 14. & in epist. fam., epist. 14, lib. 7. In villa, quae in hortis est. INSVLITATEM, insulsa placere non solent. recte igitur & uenuste. Insulsitatem tribuit uillae, quae nihil haberet, cur placere posset. contraque, cum de uilla loquitur eleganti, Salis, inquit, satis est. in epistola ad Paetum. VIDEO nihil, aut paucia mutata, putavam dominos in villa multa mutasse, a quo tempore nos eam uidimus: sed, ut e Chrysippi sermone intelligo, nihil, aut paucia mutata: ut eadem sit insulsitas. LAUDAT maiora, ut bina essent in ea villa balnearia, maiora, & minoria; maiora, inquit, Chrysippus laudat; de minoribus ait ea posse effici, quibus per hiemem utarum.

A.D.

Ad id, quod uolumus, & id papa & ad fanum filiae dedicandum. CELEBRITATEM nullam & quo cnam tempore ego illum noui, non frequentabatur. τόν τύρον &c. & obsequere cupiditati meae. τύρος enim ualer elatio: quae ad cupiditatem transfertur? unde illud libro primo de Divinatione: Ducem ei praecipisset, ne respiceret: illum autem id diutius facere non potuisse, clarumq. cupiditate respexisse. Et ad hunc ipsum epistola xi.libri 1. In hoc genere sic studio efferrimur, ut abs te addinuandi, ab alijs prope reprehendendi simus. Sr. Faberius &c. & si Faberius soluit quam nobis pecuniam debet: no li querere, quanti horti uendantur: eme quouis pretio: uince Othonem in certamine licitationis. Erat enim Atticus Ciceronis nomine licitatorius. Othonem autem, qui & ipse eisdem hortos cupiebat, aduer sariam in auctione timebant, unde illud ep. 46.l.12. Difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hereditate & ep. 39.1.12. & 33.1. & 33. h. lib. INSANITVRVM? Insanire dicuntur, qui aliquam rem multo plu- ris emunt, quam quanti sit. unde Insana cupiditas, in Verrem. TRACTATVM & in re ministris nota. Ut mibi &c. & ut hortos empturus non uideatur. Quid enim pateretur? & imperfecta sententia. abie cit enim, recordatus in Faberiano nomine totum else. Si Faberianum explicas & si pecuniam exigas a Faberio. epist. 24. lib. 12. CLODIAM igitur & aggrediamur, uideamus, inquit, de hortis Clodiae, ep. 46.lib. 12. MVRTO minoris sunt & quam Scapulani. Et epist. 46.lib. 12. de ijsdem hortis. Quia tanti rem aestimas, co proflus spesto. Et Dolabellae nomen & Dolabella, quam pecuniam debet, iam ea nobis soluet, debebat autem ex dote Tulliolae. REPRÆSENTATIONE & hortos Scapulanos emissim, die sumpta. Clodiae nero si emimus; de die nihil cogito; repræsentare possum: cum & multo minoris sint, quam Scapulani: & Dolabellae nomen iam expeditum uideatur. Repræsentatione, igitur expla- no, solutione facienda ante illud tempus, quod in exemptione Scapulanorum hortorum cogitaram. de quo epist. 3. his uerbis: Quod dies longior est: ( sic enim puto legendum) teneamus modo quod volumus: puto fore istam etiam a praecone diem, certe ab heredibus. CRAS aut te, &c. & concisa sententia, nec satis omnibus aperta, explanemus igitur; ut consulatur etiam ijs, quorum acies ad in- telligendum est obtusior. Cras, inquit, aut te exspecto, aut caussam cur non ueneris. caussam au- tem, quae te moretur, hanc puto fore, ut pecuniam exigas a Faberio. sed, si poteris, omnino ue- lim uenias.

Cicero S. D. Attico. 30.

**C**ICERONIS epistolam tibi remisi. o te ferreum, qui illius periculis non moueris, me quoque accusa. eam epistolam tibi missem, nam illam alteram de rebus gestis eodem exemplo puto. In Cumamum hodie misitellarium. ci dedi tuas ad Vestitorium, quas Pharnaci dederas. Commodum ad te miseram Demeam, cu Eros ad me uenit, sed in eius epistola nihil erat noui, nisi, auctiōnem biduum, ab ea igitur, ut scribis: & uelim, confessō negotio Faberiano: quem quidem negat Eros bodie. cras mane putat, a te colendus est. iste autem

non longe absunt a scelere. te, ut spero, perendie. Siccunde potes, erues, quid decem legati Mummio fuerint. Polybius non nominat. ego memini, Albinum cōsulerem, & Sp. Mummiūm; uideor audisse ex Horren- sio, Tuditianum: sed in Libonis annali, xiv annis post praeceptor est factus Tuditianus, quam consul Mummius, non sane quadrat. uolo aquem Olympiae, aut ubi ui- sum πολιτικὸν σύμμορον, more Dicaearchi, familia- ris tui. Vale.

## EXPLANATIO

**C**ICERONIS epistolam &c. & Quinti filij ad Atticum. O te ferreum & cum ironia. PERICU- LIS & de quibus tam multa scribit. Me quoque & cum scribat non modo tua, sed mea quoque culpa factum esse, ut in Hispaniam ad bellum ire coactus sit. EAM epistolam & ad missam a Quinto. MISSEM & nisi te cras exspectarem. quod proxime dixit. EODEM exemplo & puto ijsdem uerbis scripsisse ad te de rebus a se gestis, quibus ad me scriptis. QVAS Pharnaci dederas & ad me perferendas; ut ego eas deinde ad Vestitorium curarem. In eius epistola & in epistola, quam is attulit a te scriptam. AVCTIONEM biduum & auctionem horitorum Scapulanorum biduum futuram, sic & l. 4. ep. 12. Idibus auctionem Larini video, & biduum praeterea. Ab ea igitur & ad me uenies. CONFECTO ne- gotio Faberiano & exacta a Faberio pecunia. QVEM quidem &c. & negat Eros Faberium hodie Romae futurum. unde illud epist. 28. De Faberio, cum uenerit, & epist. 2. COLENDVS & Faberius, obser- na cum diligenter, ut affiditate & studio tandem exprimas debitam ab eo pecuniam. κολαζίου & affen- tiones: in quibus turpitudo, & prope scelus est. PERENDIE & uidebo. Non sane quadrat. & si enim praetor est factus xiv. annis, quam consul Mummius; apparel, quo tempore consul Mummius ad op- pugnandum Corinthum est profectus, adolescentem fuisse; ut legatus esse non potuerit. ep. 6. & 33. VO- LO aliquem &c. & hoc ne Atticus quidem intellexit; ut apparel ex epistola, quae post proximam se- quentem legitur.

Cicero S. D. Attico. 31.

**V**. KAL. mane accepi a Dcmea litteras pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te expectare deberem. sed, ut opinor, idem ego, qui exspecto tuum aduentum, moraborte. non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum; etiam si est futurum, ut non habeat aliquid morae. cum poteris igitur: quoniam etiamdum abes. Dicaearchi, quos scribis, libros sane uelim m Pittas etiam καταβάσεως. De epistola ad Caesarem, κερπιδ. atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se, nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos; idem ego suadebam in illa epistola; utrum liberet, facere posse, auctore mc. hoc enim ille exspectat uidelicet, neque est facturus quidquam.

nisi de meo consilio. obsecro, abiiciamus ista, & semi-liberi saltem simus: quod asequemur & tacendo, & latendo: Sed aggredere Othonem, ut scribis, confice mi Attico, istam rem. nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non sim, & tecum esse possim. quanti autem, hoc mibi uenit in mentem. C. Albanius proximus est uicinus. is & ingerum de M. Pilo emit, ut mea memoria est. HS. c. x. v. omnia scilicet nunc minoris: sed accedit cupiditas: in qua, Praeter Othonem, non potest nos ullum aduersarium habitueros. sed cum ipsum tu poteris mouere, facilius eriam, si Canium haberes, o gulam insulam. pudet me patris. rescribes, si quid uoles.

## EXPLANATIO

**M**ORABOR te: § morae causam afferam. retinebit enim te negotium Faberianum. Cum poteris igitur § uenies, cum per negotia licebit. QVONIAM etiam dum abes § quoniam nondum in uiam te dedisti; & cum haec ad te afferetur epistola, etiam dum Romae eris: ideo illud scripsi, uenias cum poteris. DICAARCHI quos scribis libros, § libros de anima, epist. 32. καταβάσεως § librum, quem scriptit Dicaearchus σετον εἰς τροφωνίου καταβάσεως. de quo Athenaeus libro XIII, κερπιδ. § κέπησε ausis est ita leuis, ut, quamcumque in partem uentus flauerit, in eam auferatur. κερπιδ igitur μετατροπής dixit, pro, lenia, & inania. non recte, inquit, isti meam ad Caesarē epistolam reprehendunt; & ea, quae dicunt, minimi sunt ponderis, plane κερπιδ. nam, quod illum aiunt scribere, se, nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos: idem ego suadebam in illa epistola. ep. 6. & 26. AVCTOR me§ ego enim suasi, ut & res constitueret, & Parthis bellum inferret. AGGREDERE Othonem, § uelim, quod scribis te facturum, Othonem moneas, ne contra nos liceatur; quo facilius ad hortos peruenire possimus. Idem paullo post. ISTAM rem § hortos Scapulanos: quorum audito futura erat. Et tecum esse possim § propter uicinitatem. hoc est, quod dicit ep. 28. l. 12. De hortis, quae so. explica caput illud est, quod scis. sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddā opus sit. nec enim esse in turba possum, nec a uobis abesse. huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. QVANTI autem § quanti putem nos emere Scapulanos hortos, ita ratiocinor: cū C. Albanius proximus uicinus & iugerum HS cxv de M. Pilio emerit, nunc iacentibus omnium rerum pretijs, debere Scapulanos hoc multo minoris esse. NUNC minoris § ob ciuilem calamitatem, & reip. perturbationem. ACCEDIT cupiditas § cuius causa pluris hortos aestimatis debemus, quam quanti sint. MOVERE § ut nobis hortos concedat. CANIVM § Attici & Othonis amicum. O EVLAM insulam § Othonis, qui hortos tam uide appetat uoluptatis modo causa.

Cicero S. D. Attico. 32.

**A**LTERAM a te epistolam cum hodie accepisem, nolui una mea contentum. Tu uero age, quod scribis, de Faberio. in eo enī totum est positum id, quod cogitamus. quae cogitatio si non incidiisset, (mihi credē istuc, ut cetera) non laborarem, quamobrem, ut facis, (istuc enim addi nihil potest) urge, insta, perfice. Dicaearchi σετον θυχῆς utrosque uelim mittas, & καταβάσεως τριπολίτικη non innuenio, & epistolam eius. quam ad Aristoxenum misit. tres eos libros maxime nunc uellem: apti essent ad id, quod cogito. Torquatus Romae est. iufi, ut tibi daretur. Catullum, & Lucullum, ut opinor, antea, bis libris noua prooimia sunt addita, quibus eorum uteque laudatur. eas litteras uolo habeas. & sunt quaedam alia.

Et quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexit, credo, quia διὰ σπελλω scripsieram. de C. Tuditano enim quaerebam, quae ex Hortensio audieram suis in decem, cum video in Libonis praetorem L. Popilio P. Rupilio cos. annis xv t ante, quam praetor factus est, legatus esse potuisset: nisi auiduus sero quaesitor est factus: quod non arbitror. video enim ex rules magistratus eum legitimis annis persicile cepisse. Postumium autem, cuius statuam in Isthmo meminiisse te dicis, scicbam suis. is autem est, qui cum Encullo suis; quem tu mihi addidisti, sane ad illum σύνοψις personam idoneam. uidebis igitur, si poteris, certos; ut possumus πομπέος καὶ τοῦ προσωποῦ. Vale.

EXPLA-

## EXPLANATIO

**D**E Faberio, 3 expedi nomen Faberianum: sine quo hortos consequi non possumus. Qvod co-  
gitamus 3 intellige, hortos. Non laborarem 3 de pecunia a Faberio exigenda. Istuc 3 ad  
istam diligentiam. Vtrosque 3 utrumque sermonem de mortalitate animorum. duos enim sermo-  
nes, alterum Corinthi, alterum Mitylenis habitum ternis libris explicavit. Cicero Tus. I. *xataθdorosglibu*  
*biū* της εἰς τεωφονίας καταθάσθαις. ep. 31. πρποιατικός Dicaearchi libri: cuius méio apud Atheneanum  
l.4. ARISTOXENVM 3 Aristotelis discipulum, philosophum, & medicum nobilissimum, maximeq. in  
musica praestantem. Suidas. Cicero de orat. l.3. Tusculana prima. Ad id, quod cogito 3 quaestiones:  
quas scribere in animo habebat. quarum libro primo, Dicaearchi utitur sententia contra immortalita-  
tem animorum. TORQATVS 3 liber Torquati nomine inscriptus; ut de Senectute, Cato; de Amici-  
tia, Laelius. ep. 5. CATVLVM, & Lucullum 3 Academicos libros, quos primum scripsit: quorum  
alterum, Catulus, alterum, Lucullus, inscripsit. vide illud ep. 12. Ακαδημαϊκής &c. Las litteras 3 ea  
proemia, quandoque enim Litterae pro scriptis ponuntur, ut libro I. Meis omnibus litteris in Pom-  
peiana laude perstrictus. Διδούσας 3 per notas. sic enim Cicero dixit l.2. de Diuin. In Libonis 3 in  
bonis annali. ep. 29. LEGATVS esse potuisse. 3 cum admiratione dictum: ut significet, non purare se  
Tuditianum consuli Mummio xiv. annis ante, quam praetor factus est, legatum esse posuisse, fuisse enim  
admodum adolescens: ut pote xii. annis ante praeturam, quae legibus dabatur anno aetatis xxxix;  
consulatus autem Popillij & Rupilij a consulatu Mummi: distat annorum xiv. internallo. Nisi ad-  
modum sero &c. 3 annus petendae quaesturae certus lege non erat, certi autem curulium magistratuū,  
aedilitatis xxxvi. praeturae xxxix. consulatus xl. ut inter curules magistratus biennium necessario  
interesset eos autem magistratus legitimis annis capere, in primis erat honorificum; quod Cicero sae-  
pe de seipso gloriatur. nam repulsa multi ferebant, ut honores consequi non possent anno legitimo.  
quod si quis aedilitatem non suo anno, sed serius cepisset, magistratus quoque reliquos serius capiebat.  
eorum enim tempus necessario protrahebatur, cum inter omnes bienniū spatium oportaret esse. Recte  
igitur, Nisi admodum sero quaestor est factus, nam, si factus est quaestor admodum sero, ut anno trigesimo  
octavo, aut quadragesimo: potuit esse legatus Mummi: Tuditianus & xiv. annis ante praeturam,  
nec tamen adolescens, quod si quaestor mature factus est, puta xxix, aut xxx. aetatis anno: neceesse est  
legatus fuerit admodum adolescens. CVRVLIS magistratus 3 de curulibus magistris in suo li-  
bro plenius. curulis autem magistratus praetura fuit, quam si Tuditianus cepit anno legitimo, hoc est  
uno & quadragesimo; eiusq. praeturae annus, quae fuit Popillio & Rupilio cos. annis xiv. distat a con-  
sulatu Mummi: sequitur, ut legatus consulis Mummi: fuerit annum agens sextum & vigesimum. quod  
non quadrat, non enim, illa aetate qui sunt, ijs honorem legionis demandare moris est. SCIEBAM  
fuisse 3 in decem legislat. CVM Lucullo fuit 3 consul, anno ab v. c. DCIII. ADDIDISTI 3 confirmans  
id quod sciebam. AD illum σύλλογον &c. 3 dignum, qui in illa ciuium collectione numeretur.  
VIDEBIS igitur ceteros 3 scribes, qui praeterea in decem Mummi: legislati fuerint. πρποιατικός τοις  
μετώποις 3 ex personatum dignitate quasi pompam agere.

Cicero S. D. Attico.

33.

**N**EGLIGENTIAM miram, semel ne putas mibi  
dixisse Balbum, & Faberium, professionem re-  
latam? quin etiam eorum iussu miseram, qui profiteret-  
ur ita eum oportere dicebant. professus est Philoti-  
mus libertus. nostri credo librarium: sed scribis, & qui-  
dem confessum. Ad Faberium, ut tibi placet, litteras  
misji. cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H. in Ca-  
piolio. In Virgilio mibi nulla est δυστοπία, nec enim e-  
ius causa sane debeo: & si emero, quid erit, quod po-  
stalet? sed nidebis, ne is cum sit in Africa, ut Coelius.  
De nomine tu nidebis, cum Cipio: sed, si Plancus de-  
finiat, tum haberes difficultatem. Te ad me uenire ute-  
que nostrum cupid: sed ista res nullo modo relinquenda est. Oshonem quod speras posse uinci, sane bene nar-  
ras, de aeflimatione, ut scribis, cum agere coepimus:  
eis nibil scripsit nisi de modo agri. Cum Pisoni, si  
quid poteris. Dicaearchi librum accepi: καταθάσθαις  
experto, negotium dederis, reperies ex eo libro, in quo  
sunt S. C. Ca. Cornelio, & L. cos. De Tuditano autem,

quod putas, & λογον est, tum illum; quoniam fuit ad  
Corinthum. non enim temere dixit Hortensius, aut quae  
storem, aut tribunum mil. idq. potius fuisse credo, sed tu  
de Antiocho scire poteris. vide etiam, quo anno quaes-  
tor, aut tribunus mil. fuerit: si neutrū, eodem in pra-  
fectis, aut contubernalibus fuerit, modo fucrit in eo bel-  
lo. De Varrone loquebamur: lupus in fabula, uenit n.  
ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset: sed  
ego ita egi, ut non sciderem paenulam, memini enim tui:  
& multi erant, nosq. imparati, qui refert? paulo post.  
C. Capito cum C. Carinat. horum ego uix attigi paenulam:  
tamen remanserunt, cecidit belle, sed easu sermo  
a Capitone de urbe augenda, a ponte Mulvio Tiberim  
duci secundum montes Vaticanos, campum Martium  
tuum aedificari, illum autem campum Vaticanicum fie-  
ri quasi Martium campum. quid aīs? inquam, at ego ad  
tabulam, ut si recte passim, Scapulanos hortos, caue fa-  
cias, inquit: nam ista lex preferetur: uult enim Caesar.  
Audire me, facile passus sum: fieri autem, moleste fero.  
sed

*Sed tu quid aīs? quamquam quid quaero? nosli diligētiam Capitoniū in rebus nouis perquirēndis. non concidit Camilo. facies igitur me certiōrem de idibus. istan. me res adducebat, eo adiunxeram ceteras: quas conse- qui tamen biduo, aut triduo post facile potero. te ta-*

*men in via confici minime uolo. quin etiam Dionysia ignosco. De Bruto quod scribis, feci ut ei libcrum esset, quod ad me attineret. scripti enim ad eum heri. idibus Mai. eius opera mibi nihil opus esse. Vale.*

## EXPLANATIO

**N**EGLIGENTIAM miram. & Balbi, & Faberij, qui non semel, sed saepe mihi dixerint, professionem tabulas publicas relatam. PROFESSIONEM & omnium bonorum. O PORTERES ut aliquem mitterem, qui profiteretur, si ego de illa causa Romam ire nolle. LIBERTVS. & hoc fortasse glossa fuit, satis enim Attico notus era Philotimus. LIBRARIVM & eum, qui cuiuslibet professionem in tabulas publicas referebat. SED scribis, & quidem confessum & sed scribis, librarium te nosse: & addis etiam, de professione confessum. LITTERAS misi & admonens eum, & rogans, ut pecuniam nobis debitam persolueret. ALIQUID fecisse. H. & aliquid fecisse hodie, sic enim interpretor antiquam notam. &, Fecisse, de nomine Faberiano. ut, Balbo adiuuante, pecunia exigeretur a Faberio. simile illud est, quod potius idem est. ep. 28. l. 12. Cum Oppio & Balbo communices, quantopere & quare uelim hortos: sed ita posse, si expeditatur illud Faberianum. Et supra, In utroque Faberianum nomen explorandum est, de quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus, & quidem, ut res est, emere nos uelle, nec posse si ne isto nomine, nec audere incerro. Scripseraut autem Atticus Ciceroni, se esse eo die cum Balbo locum in Capitolio. IN Virgilio &c. & Othonis herede. ep. 29. δυσωπία & stulta uercundia, fortasse, quod ab aliquo ex coherēdibus partem hortorum emere cogitaret. DEBEO & ut eius causa ne emā. Quid posfulet & quod me emisse queratur. VIDEBIS cum Cispio & ne Cispinus nobis satisfaciat, de quo nomine ep. 23. l. 12. Cispiana, inquit, explicabis. DESTINATilitatuit hortos emere. DIFFICULTATEM & in auctione magnū habemus aduersarium. ISTA res & actio Scapulanorum hortorum. POSSE unci in certamine licitationis. ep. 29. DE aestimatione &c. & hortorum Scapulanorum. SCRIPSIT & fortasse Caesar, ut in lego non praefererit, quo ne quis plus iugerum emeret, sed de modo agri, id est quo ne quis plus haberet. CV M Pisonem si quid poterit & conficies, & de auro intelligendum. uide illud, Et tamen Pisonem sicuti de auro. DICARCHI librum & librum posuit pro uolumine. nam Dicaearchi duos sermones de anima, quos intelligit, non uno libro, sed ternis explicatos manifestum est ex prima quaestione Tusculana. etiam ep. 28. l. 13. ita locutus est, ut pro toto opere Librum usurpare: scribit enim sic: Librum tibi celeriter mittam de Gloria: cum duos libros significaret, καταλόγοι & librum hoc titulo. DERIS & cui uidebitur ex tuis seruis, ut quaerat decem L. Mummij legatis in eo libro, in quo sunt eius anui S.C. quo ipse Mummius cum Cr. Cornelio consul fuit. L. & Mummo, qui Corinthum euerit, anno urbis DCLIX. AMTOCHO & seruo tuo litterato. scies autem, si ei negotium dederis, ut quaerat. De Varrone loquebamur: & nisi fallor, hoc est principium epistolae. saepe enim, quae distribuenda erant in epistolas, Tiro, Ciceronis libertus, sive alias quis, ita coniunxit, taedio fortasse crebrae distentionis, ut iam non internoscantur. quae res lectori non nihil interdum tenebrarum effundit. Cum loqueremur, inquit, de Varrone, superuenit, id enim significat, lupus in fabula, adagium satis notum, ac usque iam contritum. ID temporis & elegans loquendi modus, pro eo tempore; ut, id aetatis, pro ea aetate: & similia. VT retinendus esset & cum scilicet hora cenae uel aduentaret, uel iam adesset. ITA egi, ut non scinderem paenulam & ut remanerent, ualde non rogaui, qui enim retinere aliquem cupiunt, abeuntem: apprehensa ueste retinent; ut remanere cogatur, ne in illa contentione scindatur uestis. MEMINT enim tui & sic in Bessarionis libro: recte, feci, inquit, quod memini te solere; qui sic interdum ad cenam inuitas, ut paenulam tamen non scindas. QVID referit & Varrone omisso, eiusq. comitibus, quia cenae apparatus non erat is, ut commode eos, ac laute possem accipere, nihil tamen egit: nam remanerunt, quamquam leviter inuitati, Capito, & Carinas. C. CAPITO & Ateiae gentis. hic Caesaris maxime studiosus fuit. ep. 15. lib. 16. & ep. 29. l. 13. fam. Fuit alter Capito, non Ateiae, sed Fonteiae gentis, M. Antonij amicissimus, de quo Plutarchus in Antonio, & Horatius sat. 5. l. 1. C. CARINA TAE & Albiac gentis, ut ex Tacito cognoscitur. Bessarionis liber praenomen, C. non habet, quod sive omittatur, sive ponatur, puto esse hunc C. Albiuum Carinatem, qui cum P. Ventidio consul fuit; cum Carinas in locum Caesaris Octavianii, qui abdi cauerat, Vetus autem in locum Pedij, qui mortuus est in magistratu, successissent. porro Octavianus, & Pedius, imperfectis Hirtilio, & Pansa, consules facti erant. In scriptis libris gemina, r. legitur Carrinas. CECIDIIT bello & iocosa ironia. cecidit, inquit, contra quam uolebam, cum remanerint ij, quorum uix attigi pac nulam; Varro autem abiicit, cum quo egeram quidem ut remaneret, ita tamen, ut paenulam non scindeat. DE urbe augenda de pomerio proferendo, quod post exactos reges unus protulerat L. Sulla. Miror autem, de pomerio a Caesare prolato nihil Suetonii, nihil Taciti, alioqui diligentissimos in historia, tradidisse: quod tamen & hic Cicero, & infra in ep. 35. plane significat, & Gellius l. 13. c. 14. & Dio l. 43. declarat his uerbis: ταῦτα τε ἐποίει, καὶ γέ μους ἔστησε. τοτε ποιήσει ἐπίταξεν ἐπεζηγάγε. Nec uero quis cre dat,

dat, quoties pomerium proferretur, toties murorum ambitum una prolatum esse. nam, ut ostendit Dionysius l.4. mansere ueteres muri, a Seruio rege conditi, sed ita permisisti priuatarum aedium multitudine, uix iam ut ipsius Dionysij aetate agnoscerentur. quibus uero nunc Roma saepa moenibus est, ea condidit Aurelianus Imperator: partem, a Gothis euersam, Belisarius, Iustiniani dux, restituit festinante, dum Gallorum ad urbem reditum exspectat; itaque non aequalem ambitum uidemus, cum Belisarius, ne longior mora interponeretur, priuatas etiam aedes ad continuanda moenia recipere. A PONTE *Mulvio* Tiberim duci secundum montes *Vaticanos*, § hunc locum uix intelligere uidetur posse, qui Romae non fuerit, & ipsa loca diligenter non inspexerit. Satis constat, extra pomerium fuisse campum Martium, quo populus ad comitiae conuenire solitus est, post campum Martium, interfluentे Tiberi, campus *Vaticanus* sequebatur: quod totum spatium a collibus *Vaticanis* ad Tiberim, hortis exculto amoenissimum, frequentabatur a ciuibus Romanis animi caussa: ijq. horti *Transtiberini* uocabantur. cogitabat Caesar pomerium proferre, & in urbem campum Martium includere, Tiberim autem, obducta uetere fossa, ita flectere, ut radices *Vaticanorum* montium allueret; campum autem illum *Vaticanum*, qui cas Tiberim futurus esset, quasi Martium campum efficere, id est, ut in eo, sublatis hortis, comitia fierent, quae fieri solita essent in campo Martio, non enim centuriata comitia, quae *Seruius rex* instituit, intra pomerium fieri licebat. propterea, prolati pomerij hībus ultra campum Martium, quō Caesar aedificari uolebat, alium campum, aquata planicie, qui populum caperet, comitijs habendis dicere opus erat. A ponte *Mulvio*, qua Tiberis hodie fluit, Duci: moneo lectorem, in antiquo Bessarionis libro, & in alijs, quos quidem ego uiderim, legi, Pauci, non, Duci. quod eti manifeste corruptum est, testimonium tamen antiquitatis notum esse uolo; ut studio forum omnium conjecturae locus relinquare. Secundum montes *Vaticanos*: iuxta *Vaticanos* montes, ut ad imas radices decurreret. *Vaticani* montes, & quidquid agri ab ea parte ultra Tiberim est, ad Etruriam olim pertinuit: quae uero cis Tiberim, usque ad *Circeios*, ad *Latium*, longitudine i. millium passuum: postea producti sunt ad Lirim amnem Latij fines, ut esset longitudo circiter i. xx millium passuum. Erant igitur olim extra pomerium, id est extra urbem, *Vaticani* montes: nunc in ijs habitat Pontifex Max, in arce illa amplissima, Pontificum sanguinorum opibus aucta, cum qua D. Petri templum augustissimum coniunctum est. Tūm aedificari, § ut augeretur urbs, exstructis aedibus in campo Martio, in quo tunc aedificari minimum esset. Antiquus liber, Cum, mendose, nec tamē omnino placet, Tum: uidetur enim otiosa sere particula. malum, Totum: simodo est in aliquo ueteri libro, Tum, si, ut in Bessarionis libro, item est in omnibus, Cum: non disperceret, Hunc: ut inuicem respondeant, Campum Martium aedificari, illum autem campum *Vaticanum* fieri quasi Campum Martium. Mansit eadem tamen diutissime, quae fuerat ante, Martij campi planities, nec Tiberis alueus est immutatus, quamquam prolatu a Caesare pomerio. Quasi Martium campum § cum in eius locum succederet. Quasi, dixit, quia re uera non est Martius, sed *Vaticanus* campus; sit autem quasi Martius, quia, sicut in Martio comitia habebantur, item in *Vaticano*, pomerio ultra Martium campum prolatu, futurum erat, ut comitia haberentur. At ego ad tabulam, § iturus eram, ut emere Scapulanos hortos, si recte, id est aequo pretio possem. Tabula proponebatur inscriptis nominibus earum rerum, de quibus auctio futura erat. Ista lex § pomerium igitur non nisi lata lege proferti poterat. Ista lex, dixit, quia promulgata iam erat, ep. 20. PERFERETVR sperlata est, prolatum enim a *Caesare* pomerium, ex Gellio, & Dion, iam probauit, perlatum autem ab ipso Caesare consule crediderim: cum dixerit Dio, γένους ἐστέ περι τούτων ταῦτα γέγονα. VULT enim *Caesar* § legem a se, nemine intercedente, perfiri, quod factum est, quis enim contra *Caesaris* voluntatem auderet? AVDIRE me, facile passus sum: § sic in antiquo Bessarionis libro: nec obscura sententia, in quib[us]dam tamen uulgatis libris legitur, Aude rem, facile passus sum, quod uitiosum opinor, nam opponit Cicero uerbis facta: & ait: Audiu sine molestia, si, quod audiui, fieri, moleste feram. Non concedit *Camillo* § aequo, ut *Camillos*, diligenter nouas res perquirit. *Camillo* maxime, post Atticum, Cicero cōsidebat, itaque belli civilis initio, dubius animi, utrum uxorem, & filiam, in urbe relinquere, an eas euocaret, ita scribit ep. 14. l. 14. ad uxorem: His de rebus uelim cum Pomponio, cum *Camillo*, cum quibus uobis uidebitur, considereris. FACES igitur me certiore de idibus, § an idibus, ut putamus, auctio sit futura, nam, si auctio in eum diem non proscriptitur, argumento est perlatum iti legem de agenda urbe: quis enim, cum eam legem perlatum inuideat, quac horros, ut ibi quasi Martius campus sit, solo aquari necesse erit, de hortis emendis cogito: falsum est, quod a Capitone audiui: itaque accuram, auctionis enim caussa Romae esse uelim, si autem proscriptur; falsum est scilicet, quod de lege perferrenda, Tiberiq. secundum *Vaticanos* montes ducendo, a Capitone audiui, Romae autem, auctionis maxime causa idibus esse uelim. Quas consequuntur, § aliarum rerum caussa non resert, idibus ne Romae sim. Siquidem eas nihil minus biduo post, aut triduo conficiam, at uero hortorum auctio si omnino idibus sit, aduolandum est, ut de lege cognoscam. Te tamen &c. § etiam si ego differam aduentum meum, te tamen ad me uolo uenire; ne, cum tanti calores sint, (haec enim scripta uidentur exeunte Junio) itineris labore conficiaris. Et hoc dicit, quia scriperat Atticus se uelle ad eum, ep. 31. IGNOSCO § si ad me uenit. IDIBVS Maij § manifestum mendum, nec dubito, quin legendum sit, Idibus Iulij: uel, Idibus, mense subaudito, nam, de Maio absurdum est intelligi: cum e Tusculano profectus esset Arpinū 11x. Kal. Quinti, & recurrere nobis Brinianae auctionis caussa cogitaret, nonis inquam Quintilibus.

Cicero

Cicer. S. D. Attico.

34,

**A**STURAM ueni viii. Kal. Iul. utrandi enim caloris causa, Lanuui tres horas acquieueram. tu uelim si graue non erit, efficias, ne ante nonas mibi illic ueniendum sit. id potes per Egnatium Maximum.

illud in primis cum Publilio me paene absente confi-

cies de quo quae fama sit, scribes. id populus curat si licet, non mehercule arbitror: etenim haec decantata rat fabula sed complere paginam uolui, quid plus?

se enim adsum, nisi quid in prorogas scripsi enim ad

de horis. Vale.

## EXPLANATIO

ix. Kal. Iul. § profectus e Tusculano. ep. 21. TRES hora acquieueram § quam ob causam Arpinum, angustijs temporis exclusus, eo die peruenire non posui, & Asturae mansi. EFFICIAS § cum heredibus Brinnianis, coheredibus meis, ep. 12. Dices, inquit, uel amico tuo, uel Othoni coheredi meo, uel Laconi nostro, paullum proferant auctionem: me circiter nonas in Tusculano fore. ILLUC § in Tusculanum. EGNIATIUM Maximum: § fortasse interpungendum hoc modo: Egnatium Maximum illud in primis &c. ILLUD in primis: § diuortium fecerat cum Publilia: nunc de dote agebatur: de cuius solutione ep. 1. & 5. l. 16. PUBLILIO § fratre Publiliae: quae Ciceronis uxori fuerat. Me paene absente § epist. 46. Te, inquit, spero cum Publilio consilie, me absentem omnia cum illis transfigi malo. Paene: quia re uera non aberat, cum circum nullas suas, quae prope Romanum sunt, erraret, Romanam etiam aliquando se conferret. De quo § de diuortio Publiliae scribes, inquit, num populus me reprehendat. Non mehercule arbitror: § non mehercule arbitror: populum hoc factum reprehendere; quippe Publiliae nuptias improbauerat: ut omnibus essem quasi fabula, quod aetate prouectus puellam virginem duxissem. Hoc & Galenus ei per contumeliam exprobaret apud Diohem l. xlvi. HAEC decantata era fabula § populus multa ridicula dixerat de Publiliae matrimonio: diuortium igitur non improbabilit. IPSE enim adsum § in Tusculano, iam, inquit, adest meus aduentus, ep. 25. SCRIBES enim ad te de hortis § ut de hortorum auctione certiore me faceres, quam si scribes prorogari: futurum est, ut meum aduentum ego item prorogem.

Cicer. S. D. Attico.

35.

**O**REM indignam: gentilis tuus urbem auget; quam hoc biennio primum uidit: & ei parum magna uisa est, quae est: ipsum capere. hac potuerit. hac de re igitur exspecto litteras tuas. Varroni, scribes, te, simul ac uenerit, dati igitur iam sunt; nec tibi integrum

## EXPLANATIO

**G**ENTILIS tuus § nouum hominem significat, cui Caesar urbis augendae negotium dederat: qui si Attici gentilis, ergo Pomponiae gentis, aut Caeciliae fuit, in quam adoptatus erat Atticus ab auulo Caecilio. VRBEM auget § uide ep. 33. & 20. QVAM hoc biennio primum uidit: § his uerbis nouitatem hominis demonstrari quis non uidet? VISA est § quod eius consilio Caesar adductus, de ut be augenda consilium inierit. ETIAM ipsum capere § quod turpe est: utinam urbs tam fuisset angusta, ut eum non cepisset. SIMVL ac uenerit § subaudi, Daturum quatuor Academicos. quod significat inseguens uerbum, quo modo & alibi locutus est Cicero. DATI igitur iam sunt § dies enim iam praeteriit, quo rum Romae affterum scripseras. NEC tibi integrum est § adempta tibi facultas est delibera- randi, utrum dandi sint, siquidem iam dedisti. QVANTO periculo tuo § quia Varroni fortasse non probabuntur: tu autem dixisti fore, ut probarentur. Ad hanc sententiam facit illud ep. 24. Ipsi quam res illa probareretur, uerebar: sed, quoniam tu suscipis, in alteram aurem. LITTERAE meae § quibus scripsi, ut Academicos Varroni dares tuo periculo. HAS proximas § quibus significas te daturum, simul ac uenerit, QVO modo res se habeat § num Academicos Varroni dederis.

Cicer. S. D. Attico.

36.

**D**E Brutii amore, uel traq. ambulatione; et si mibi nihil noui affers; sed idem, quod saepe; tamen hoc audio libentius, quo saepius: eoq. mibi iucundius est,

quod tu eo laetaris; certiusq. eo est, quod a te dicitur.

Vale.

EXPLA.



EXPLANATIO

A More 3 erga me.

Cicero S. D. Attico. 37.

**H**as alteras hodie litteras. De Xenonis nomine, & de Epirotis x l., nihil potest fieri nec commodius, nec aptius, quam ut scribis. id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Noui nihil sane, nisi Hirium cum Quinto acerrime pro me litigasse: omnibus eum locis facere, maximeq. in conuiuijs: cum multa de me, tum redire ad patrem: nihil autem ab eo tam Xenis dici, quam alienissimos nos esse a Caesare: fidem nobis habendam non esse, me uero etiam cauendum. quod est, nisi uiderem seire regem, me animi nihil habere. Ciceronem uero meum uexari, sed id quidem arbitratu suo. Laudationem Porciae gaudeo me

ante dedisse Leptae tabellario, quam tuas acceperim litteras, eam tu igitur, si me amas, curabis, si modo mitetur, isto modo mittendam Domitio, & Bruto. De gladiatoriis, de ceteris, quae scribis. αγεμοφόρητα, facis me quotidie certiorem. Vclim, si tibi uidetur, appelles Balbum, & Offilium de auctione proscribenda. equidē locutus sum cum Balbo, placebat. puto conscripta habere Offilium omnia, habet & Balbus; sed Balbo placebat, propinquum diem, & Romae: si Caesar moraretur, posse in diem differri. sed is quidem adesse uidetur. totum igitur considera. placet enim Vestorio. Vale.

EXPLANATIO

**H**as alteras 3 ad te mitto. De Xenonis nomine, & Atticus debitam sibi a Xenone pecuniam, & HS insuper xl, quae in Epiro habebat in nominibus, solui uolebat Ciceroni filio, qui erat Athenis, ut Romae tantundem ipse postea exigeret ex nominibus Ciceronis, uide epist. 16. l. 14. & 1. & 6. l. 16. Cvm Quinto 3 fratribus filio, omnibus locis; maximeq. in conuiuijs mihi male dicente. REDIRE ad patrem 3 etiam de patre detrahere. & uenuste. Redire, quasi domum. REGEM 3 Caesarem. ANIMI 3 aduersus ipsum. CICERONEM meum uexari 3 filium meum a Quinto filio. ARBITRATV suo 3 Quinti filij. LAUDATIONEM 3 mortuos Romanos ueteres in funere laudabant, praefertim ortos illustri familia. laudabant autem non modo propinqui, sed & amicitia coniuncti. Cicero Porciam laudauit, Catonis sororem, laudatione non habita, sed scripta. PORCIAE 3 quae L. Domitij Ahenobarbi uxor fuerat. Plutarctus in Catone Uticensi. QVAM tuas acceperim litteras 3 quibus monebas, ut quaedam corrigem, gaudeo igitur me eam Leptae tabellario iam dedisse ad te perferendam: laborem enim correctio- nis effugiam, cum ad te missam corrigerem non sit integrum. correxit tamen, ab Attico remissam. ep. 46. Isto modo 3 ut est a me scripta, omissa, quam tu adhiberi uelles, correctione. MITTENDAM 3 Romae. n. non erant, Caesari longe obuiam profecti, quasi uictoriā Hispaniensem gratulatūri. DOMITIO? Porciae filio, ex L. Domitio Ahenobarbo. ep. 46. & Philippica 2. BRUTO 3 Porciae affinitate coniuncto; cum ea Catonis esset soror, ipse autem Catonis alteram filiam haberet in matrimonio, de cuius nuptijs ep. 12. & Seruiliae filius esset, quae Catonis uterina soror erat. BALVM 3 qui Caesaris, ut puro, coheredit res curabat. ep. 50. OFFICIVM 3 ut coheredem. AUCTIONE 3 Cluuianorum bonorum. Cluuius enim Puteolanus heredes scriperat T. Hordeonium, & Ciceronem, alios item, ut pater ep. 5. l. 16. inter coheredes autem de auctione conuenerat; ut, bonis in pecuniam redactis, suum quisque capere facilius posset. ep. 45. OMNIA 3 Cluuiana bona, quae in auctione uenibūt. PROPINQVVM diem 3 auctionis proscribi non longe a Caesaris aduentu, sed propinquu dic; ut post aduentum fieri statim posset; quod si Caesar moraretur; futurum, ut eu diem, in quem proscripta esset auctio, prorogare possemus, quoad ille in urbem se recepisset. Romae autem proscribi auctionem, non Puteolis, Balbo placebat. PLACER enim Vestorio 3 Balbi sententiam Vestorius probabat, ut Romae auctio proscripteretur.

Cicero S. D. Attico. 38.

**A**nte lucem conscriberem contra Epicureos, de eodem oleo, & opera exarauit nescio quid ad te, & ante lucem dedi. deinde cum somno repetito, simul cum sole experrectus essem, datur mibi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi, cuius est principium non sine maxima contumelia: sed fortasse vetericover. est autem sic. Ego enim non probo, quidquid non belle in te dici potest. posse nulli in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare, hoc quidquam pseram: neglexisti. ita minus multum una erimus.

non ego istam domum uidere non possum: qua de causis. Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. nunc me iuua, ni Attice, consilio, πότερος δίχας τεχνος υπέρ, id est utrum aperte hominem asperner, ac respuum, νοσοῖς ἀπάτας: ut enim Pindaro, sic δίχαμοι νόος, ἀπρήκεας εἰπεῖν, omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. tu autem, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. equid uereor maxime, ne in Tusculano opprimar. in turba haec essent faciliora, utrum igitur Asturiae? quid? Caesar subito iuua me, quae se, consilio: utar eo, quod tu dicereris. Vale.

## EXPLANATIO

**C**ONTRA Epicureos, § Tusculanam secundam, quam scriptit de tolerando dolore, contra Epicuri sententiam, qui sumnum malum ponebat in dolore. FORTASSE οὐκ ἔτεσθε; fortasse lapsus est per ignorantiam, cum non intelligeret contumeliosum esse quod scribebat. ISTVM § Q. Ciceron, sororis tuae filium, Commotum, autem, cum praesens praesentem auditore. Brutus enim tunc erat apud Caesarem; cum ex Hispania redeunti longe obuiam processisset: ut eum de Ciceronis laudibus praedicantem Quintus, cum Caesar ex eodem bello reuertens, audire posset. SCRIPSISTI § mendosatio: & omnes in mendo consentiunt antiqui libri. equidem sententiam uideo; neque enim est obscurus: sed immutata uerba non ausim sine uetus exemplaribus; ne plus ipse mihi sumam, quam quantum alijs licere uolo. IDQ. ut sciam § num ad te quoque scripsit Quintus, significabis. Πότερος &c. § utrum iuste agam. Graeca uerba significant, utrum iustitiae murum altum adlendens uitam traducam, hic enim subaudiendum, ἀναβάς διαβού, ex Platone, qui l. 2. πολιτείας hoc Pindaricum & ipse usurpat. est igitur: Vtrum iustitiam ueat: hoc est, utrum aperte Quintum filium asperner, ac respuum, si cuic iustum est; an obliqua fraude utens dissimilem, ἀπέκτεινεν εἰπεῖν. ILLUD aptius § illud, quod primum posuit de iustitia seruanda. SED hoc § obliqua fraude uti, & dissimulare. IDEM mihi &c. § sequar consilium, & sententiam tuam. OPPRIMAR § ne ueniat ad me Quintus filius, dum in Tusculano sum. ego autem alicubi mallem, ubi maior esset hominum frequentia. nam in turba facilius dissimularem. ep. 39. Illum, inquit, hic excipere nolo. ASTURAE? § melius esset Quintum excipere? sed quid? Caesar uideat Asturam cum illo iam affuturus. iuua me igitur cōsilio. Asturam autem postea Caesar cum uenisset, apud Ciceronem cenauit. ep. 4. lib. 14.

Cicero S. D.

Attico.

39.

**O** INCREBILLEM uanitatem: ad patrem, domo sibi carendum propter matrem, plenam pietatis. hic autem iam languebit, & ait tibi illius iure iratum. sed utar tuus consilio, οὐδὲν enim tibi uideo placere. Romanum, ut censes, ueniam, sed iniurias ualde enim in scribendo haereo. Brutum, inquis, eadem. scilicet: sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. nec enim inde uenit, unde mallem: neque diu absit: neque ullam litteram ad me. sed tamen scire aueo, qualis ei totius uineris summa fuerit. Libros mihi, de quib. ad te ante a scripti, uelli mittas, & maxime οὐδὲν οὐδὲ δέος. ΚΑΙΔΑΔΟC. Ita ne nunciat Brutus, illum ad bonos viros. ΛΥΣΙΛΙΑ? sed ubi eos? nisi forte suspendit. hic autem, ut fultū est?

ubi igitur φιλοτέχνη illud tuum, quod nidi in Parthenone? Abalam, & Brutum, sed quid faciam? illud optime, quod ne is quidem, qui omnium flagitoriorum autor, bene de nostro atrox nerebat, ne etiam Brutus diligenter ita enim significarat ipsi litteris, quas ad mea. ad uellem aliquid degustasse de fabulis. Sed cor am, ut scribis, et si quid mihi autor es, aduolo ne, an maneo? quidem et in libris lacro, & illum hic excipere nolo. ad quem, ut auctio, pater hodie ad Saxa Acronomiam sum, quam inimicus ibat, ut ego obiurgarem. sed ego se καταφομ. itaque post hac, tu tamē uide, quid de aduentu meo censeas; & τὸ δέλτα. etas si perspici potuerint, mane statim ut sciam. Vale.

## EXPLANATIO

**V**ANITATEM: § Quinti filij, qui ad patrem scripsit, domo sibi carendum propter matrem: at quam matrem: plena pietatis. Hic autem Quintus pater. LANGESCIT filio placari coepit. Sed utar &c. non agam aterbe cu Quinto filio, sed in congrecessu acceptā iniuria dissimulabo. tibi, n. ita uideo placere. In scribendo haereo. § totius in scribendo sum. scribebat autem quæstiones Tusculanas. BRUTVM &c. Brutus eadē de rep. sentire. bene est, sed, nisi hoc esset; id est, nisi recte sentire; non ego, ut ei rediū grotularer, Romā redirem. neq. n. ista res tanti esset, ut me cogere posset: uerū uideo ueniam, quia recte sentiē libenter uideo. Vnde mallem § n. allem, uictoribus Pompej liberis obuiam iuiscet, quam Caesar. TOTIVS itineris § obuiam Caesarī longe prodierat, cum eodemq. reuertebar. ep. xl. 1. 4. οὐδὲν δέος de hoc libro, cuius uideo corruptum esse titulum, certi nihil esse potest. ILLVM § Caesarē ad bonos viros iuvayā ferre, hoc est, uenire Romā. o. cōsilio, ut rep. cōstituat. VBI eos? innueni: SVSPENDIT & qui poterit hic simulata personā sustinere. Trāslata uerba, Suſpēdit, Eulūm et.

quod ex tua sententia illud iactantiae plenum, a te positum Athenis in Parthenone templo. posuerat autem Atticus nomina Athalae & Brutus, vindicum libertatis : a quibus utrisque Brutus genus ducebat, paternum a Bruto, qui Tarquinium cecidit, maternum a Seruilio Ahala, qui Q. Melius regnum appetentem occidit: ut ad imitationem praeclarri facinoris accendi Brutus deberet, Caelaremq. tyrannum interficeret. Quid faciam? & etiam si nunc uiuant Ahala, & Brutus, quid faciant contra tam potentem tyrannum? OMNIVM flagitorum auctor, & Hirtius potius, quam Caesar, nam is ad Caesarem Quinto filio aditum aperuit; (ep. 20. l. x.) ut quaecumque flagitia Quintus committit, Caesaris gratia fretus, Hirtio adscribi iure possint. BENE de nostro bene sentit de propinquo nostro, id est de Quinto filio. AT uellem &c. & uellem, Brutus aliquid de fabulis degustasset: certe Quintum filium non amaret. sermones autem, quos & de ipso habuerat Quintus acerbissimos, & item de Attico auunculo, Fabulas appellat; quod a ueritate nihil minus absens, quam fabulae, quibus fictae res & commenticiae narrantur. ILLVM hic exciperet Quintum filium, hoc & in proxima epistola superiore, his uerbis: Vereor, ne in Tusculano oppriimat in turba haec essent faciliora, utrum igitur Asturac? PATER hodie & iterus erat. SAXA Acrimonia & loci nomen ignoti. antiquiores libri Acrinoma. Ego ipse & leue quiddam sum, qui obiurgauerunt fratrem filio itatum, a quo sum grauiter offensus, itaque posthac non obiurgabo. Quid ID de aduentu meo censem? ibidem paulo ante: Quid mihi auctor es, aduolo, an maneo.

Cicero S. D. Attico. 40.

**E**go uero Quinto epistolam ad sororem misi. cu[m] ille quereretur filio cum matre bellum, & se ob eam causam domo cessum filio diceret; dixi, illum cōmodas ad matrem litteras, ad te nullas. ille alterum mirabatur: de te autem suam culpm, quod saepe grauiter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. quod autem relanguisse se dicit; ego ei, tuis litteris lectis, non significauit me non fore. tum enim mentio Canai omnino, si id consilium placebet, effet necesse, sed, ut scribis, ratio est habenda grauitatis, & utriusque nostrum idem consilium esse debet: et si in me grauiores iniuriae, & certe notiores, si uero etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio est, sed coram magna enim res, & multae cautionis, cras igitur, nisi quid a te commotus. Vale.

## EXPLANATIO

**E**go uero &c. & Quinto fratri epistolam misi, a te scriptam ad sororem: ut uideret, quae scribebas. DOMO cessum & vide ep. 19. ILLVM} Quintum filium. ALTERUM mirabatur & mirabatur, filium cōmodas ad natrem litteras misisse, a qua paulo ante sciret illum fuisse alienissimum. SVAM culpam & quod filius nullas ad te litteras misisset, in eo suam ipse culpm frater agnoscebat, qui saepe grauiter ad filium de tuis in illum iniuria scripsisset. DICIT & frater, qui se aiebat filio paene placatum. ep. 38. ME non fore & siue fueram: non fore inquam iratum Quinto filio, id autem simulari, ex tuis litteris, in quibus uidi & tibi placere. ep. 39. MENTIO Canai & de Canai filia Quinto filio collocanda, sic enim explano, ex epistola sequenti. ID consilium & ut Quintus filius uxorem duceret. ESSET necesse & ut placarer ei re uera, noi simule, nostratum enim discordiarum opinio ualde illi ad uxorem inuenientia obesse. GRAVITATIS leues enim uideri possimus, si acceptis a Quinto filio grauissimis iniuriis, statim ei nos totos remitamus. VTRIUSQUE nostrum & debemus uterque aut placari, aut iniuriarum memoriam retinere; cum utrumque ille offenderit: et si me quidem grauius, & apertius. ep. 37. AFFERRET & de Quinto filio a nobis noralieno. NVLTA dubitatio & quin placatos Quinto filio nos praebeamus. CRAS & in urbem ueniam. COMMOTVS & de meo uenienti consilio.

Cicero S. D. Attico. 41.

**V**ENIT ille ad me, & ualda xatnqis. & ego, & tibi roga? rogas? inquit. quod iter infest, & iter ad bellum, iuq. tum periculoseum, tum etiam turpe, quae uis igitur in uam. a. es, inquit, alienum, & tamen ne uaticum quidem, hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia: nū tacui. at ille: sed me maxime angit anunculus. quibnam? inquam. quod mibi, inquit, iratus est, cur pateris inquam. malo enim ita dicere, quam, cur committis? non patiar, inquit: caussam enim tollam. & ego, rectissime quidem: sed, si graue non est, uelim scire, quid si causae. quia dum

dubitabam, quam ducerem, non satisfaciebam matrī, ita ne illi quidem nunc nihil mibi tantum est: faciam, quod uolunt, saliciter uelim, inquam; teq. laudo, sed quando? nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. at ego, inquam, censeo, prius, quam profici caris, ita patri quoque morem gesseris. faciam, inquit, ut censes. Hic dialogus sic conclusus est. Sed heu tu, diem meum scis esse IIII. non Ian. aderis igitur, scripseram iam: ecce tibi, orat Lepidus, ut ueniam (opinor augures nihil habere) ad templum effandum Saturni & auro. uidebis mus te igitur. Vale.

## EXPLANATIO

**V**ENIT ille ad me, & Quintum filium intelligit. Quid iter infest? quod mihi eundum cito sit ad bellum. Tum periculum, tum etiam turpe? periculum, quia Parthos, gentem bellicosam, & iam Romanis cladibus insignem; turpe, propter aes alienum, & inopiam iatici. Quae uis igitur? te ad huiusmodi bellum extrudit inuitum? Aes alienum? in urbe, quod quia non est unde dissoluam, appellatio nes creditorum fugiens ad bellum ire cogor. Symposi quiddam de tua eloquentia: te sum imitatus, tace re solium in ijs rebus, quae tibi minus placent, argute, silentium Attici uocat eloquentiam. Tacvi? quod ad iaticum ego quidem nihil ei pecuniae conferre uellem. AVVNCVLVS? Atticus. Quam ducent? uxorem. Rem probo? uxorem ducam arbitratu matri, & auunculi: de tempore ipsi stauant. Censeo prius, quam proficiscaris? censeo prius uxorem ducas, quam ad bellum proficiscaris. PATRI quoque non solum matri, & auunculo. Aderis igitur? uenies in Tusculanum, ut natalem meum una celebramus. SCRIPSERAM iam? cum hoc scripsistem, ecce tibi litterae a M. Lepido consule, quibus orat &c. Vt ueniam? Romam, quod augur sim. AVGRES nihil habere? quod opponant nam, si quid obijcent, quo minus liceret effari templum Saurini; ego non acserer. Ad templum effandum? effati templa dicuntur, cum ab auguribus effantur qui in his fines sunt. & Fana nominata, quod pontifices in sacrando fanum finem, haec Varro. Seruius autem ubi illud Virgilianum explanat, Sic effatus uestigia pressit, Proprio inquit, effata sunt augurum preces: unde ager post pomeria uocabatur effatus, ubi captabantur auguria. Et Linius l.x. in pugna ad Luceriam facta Louis Statoris aedem scribit uoram, ut Romulus ante uenar: sed sanum tantum, id est locus templo effatum, sacrificatus fuerat. Et Gellius ex angurum, libris pomerium ita definit: Pomerium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani a spicij. eodemq. cap. Auentinum montem, inquit, neque Ser. Tullius rex, neque Sulla, neque postea Caesar, cum pomerium profferret, intra effatos urbis fines incluserunt. Cicero autem l.2. de legibus: Vrbē, agros, & tēpla liberata & effata habent. Et pro domo sua: Nec institutas caerimonias persequi, nec uerbum ullum sollempne potuit effari. Neque solum in templorum dedicationibus, sed etiam in foederibus uerbum, Effari, animaduertimus usurpatum, ut apud Liuum libro 1. Fetalis M. Valerius patrem paratum Sp. Fusium facit, uerbena caput, capillosq. tangens: foedus multis uerbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit. SATURNI ~~debet~~? Saturni immittit, siue implacabilis: tale enim eius astrum, ut inter astrologos omnes conuenit. VIDEBIMVS te igitur? Romae,

Cicero S. D. Attico.

42.

**E**go uero utar prorogatione diei: tuq. humanissi- tuq: ut ab Iudis scriberes. sunt omnia milia que me fecisti, qui me certiore feceris, atque ita, ut dam agenda Romae: sed consequemur biduo pos eo tempore acciperem litteras, quo non expectarem. Vale.

## EXPLANATIO

**V**TAR prorogatione diei? cu Atticus Ciceroni scripsisset, auctione hortorum Sapulanorum ultra idus esse rejecta; respondet, se non iturum Romam qua constituerat die, sed usurum prorogatione dicta supra, ep. 33. Facies, inquit, me certiore de idibus ista, n. me res adducebas: eo adunxeram ceteras; quas consequi tamen biduo, aut triduo post facile potero, & fortasse fuit haec epistola ante proximam superiore collocanda. Ab Iudis? cum alij spectaculis operam dant, tu ad me scripsisti. humanitate igitur tua agnoscio uel. Ab ludis, cum tu simul cum Attica spectares. spectauit, n. Attica, u. in epistola sequenti; nec, puto, sine patre. CONSEQUEMVR biduo post? conficiemus: Idem scribit ep. 33 nis uerbis: Ista me res Romam adducebat, eo adiunxeram ceteras; sed consequi tamen biduo, aut triduo post facile potero.

Cicero S. D. Attico.

43.

**S**VAVES tuas litteras: et si acerba pompa: ue- rum tam scire omnia non acerbum est, uel de Cotta populum uero praelarum, quod propter malum uicinum ne Vitoriae quidem plauditur. Brutus apud me fuit: cui quidem ualde placebat, me aliquid ad Cae- farem amueram; sed pompam uideret. Tu autem au-

sus es Karroni dare, effecto, quid indicet, quando at- tem perleget? De Attica probo, est quiddam, etiam et minum leuari tum festinatione, tum etiam religiosis o- pinione, & fama. Cotam mili uelut mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Cascam. Brutus mili T. Ligarij uerbis nuncianit, quod appellebitur L. Cur-

L.Curfidius in oratione Ligariana, erratum esse meū, te esse mortuum, da igitur, quaeſo, negotium Pharnaci, ut aiunt, παροντος αὐτην, ſciebam, Curſidius, ut id nomen ex omnibus libris tol fidium perneceſſarium Ligariorum: ſed eum uideo a n latur. Vale.

## EXPLANATIO

**A**CERBA pompa acerbum, quod ſcripſisti de pompa. pompa autem intelligit Circensem, qua Caesaris lignum inter deorum ſigna geltarum eft decreto ſenatus. Dio historiarum libro xliii. & Suetonius in Iulio. VEL de Cotta ſ uel id, quod ſcribis de Cotta percrebescere. Percrebuerat enim, ut ait Suetonius in Iulio, L.Cottam xv.uirum ſententiam dicturum proximo ſenatu, ut, quoniam libris fatalibus continetur, Parthos niſi a rege non poſſe uiinci, Caesar rex appellaretur. quae cauſa coniuratis maturandi fuit destinata negotia, ne aſſentiri neceſſe eſſet. Idem in ſecundo de diuinatione legitur, ita ſcriptum: Sibyllae uerſus obſeruamus, quos illa ſurens ſudille dicitur: quoram interpres nuper falſa quadam hominum fama dicturus in ſenatu putabatur, eum, quem re uera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalui eſſe uellemus. PROPTER malum uicinum &c. ſum in pompa lignum Victoriae, quae apud Romanos ut dea colebatur, per ora populi ucheretur, populus contra conſuetudinem plauſum non dedit, ne Caſſari dare uideretur, cuius lignum prope Victoriae lignum geſtabatur: ſed Cicero circuitione uens, Victoriae malum uicinum Caſſarem appellat. Ne Victoriae quidem ſum cui maxime plaudi ſoleret. ALIQUID ad Caſſarem ſcribere. SED pompa uideret ſum opinor hoc intelligi: Non uidetur ad eum eſſe ſcribendum, qui iam colatur ut Deus, cum in ſollemni pompa inter deorum ſtatua eius quoque ſtata uigiletur, quidquid enim ſcripſero, faſtidiet. In eandem ſententiam ſcripſit ep. 28. Quid, tu, inquit, hunc de pompa Quirini cotubernalem, his noſtriſ moderatiſ epiftoliſ laetaturum putas? Eſt autem antiquiſ ſcriptoriibz uilitaſ locutio: ut apud hunc iſum lib. 3. de officijs: Male Cu rio, cum cauſam transpadanorum aequam eſſe dicebat; ſemper autem addebat, Vincat utilitas, potius diceret, non eſſe aequa, quia non eſſet utilis recipublicae &c. pro dicere debebat. & alibi. Tū autem &c. ſpondet ad aliam partem epiftole ab Attico acceptae. Tu tamen auiſus es Varroni dare quattuor Academicos, quamquam ego ſaepē ad te ſcripſerim me dubitare, nō eſſent dandi. ep. 21. 22. 25. & 33. PROBO ſum quod eam ludis interſeſe uolueris. SPECTATIONE ſum ludorum. RELIGIONIS ſum quia uideret deorum ſimulacra in Circensi pompa geſtabri. Circenſes autem ludos Caſſar dedit, & in Circensi pompa, quae ante ludos ducebatur, ferculo tamquam deus ſimilis cum alijs diis geſtatur eſt. Suetonius de Caſſari ſerculo: Dionyſius de Circensi pompa. COTTAM &c. ſum tres libros intelligit, cum dicit, Cottam, Li bonem, Caſcam. & de Libonis annali, quem ſcribit ſecū habere, ep. 30. & 33. ANTE Caſcam ſum ante Libonem Caſca habueram. T. LIGARI ſum fratris eius, pro quo eſt oratio. PHARNACI, Antaeo, Saluio ſum libriſ tuis. TOLLATVR ſum idq. factum, nam, in oratione Ligariana Curfidius nusquam appellatur.

Cicero S. D. Attico. 44.

**F**VIT apud me Lamia poſt diſceſſum tuum, epiftola ad me attulit miſſam ſibi a Caſſare: quae quamquam ante data erat, quam ille Diocharinae, tam plane declarabat, illum ante ludos Romanos eſſe uenturum. in qua extrema ſcriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, ne ue committeret, ut fruſtra ipſe pro pereſſet. prorsus ex hiſ litteris non uidebatur eſſe diu bium, quin ante eam diem uenturus eſſet: idemq. Balbo, cum eam epiftolam legiſſet, uideri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos uideo, ſed quam multos, fac, ſi me amas, ſiam. de Babio poteris, & de altero ui cino Engatio. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda: currentem tu quidem: ſed cum Dolabella uiuendum eſſe iſtis diebus uides. quod

nisi me Torquati cauſa teneret; ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſcim, & ad tempus redire. Lamia quidem a Balbo, ut uidebatur. audiuerat, multos nummos domi eſſe numeratos, quos oportet quampri um diuidi: magnum pondus argenti: auctionem, praeter praedia primo quoque tempore fieri oportere. ſcribas ad me uelim, quid tibi placeat, equidem, ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligenterem, ne officiōrem facile delegiſſem Veftrio, ad quem accuratissimas litteras dedi: quod idem te feciſſe arbitror mihi quidem hoc ſatis uideatur. tu quid dicis? uuum enim pungit, ne negligenterios eſſe uidecamur. ex pectabo igitur tuas litteras. Vale.

## EXPLANATIO

**Q**VAM ille Diocharinae: ſum probo coniecturam uiri optimi, & in primis eruditii Petri Antonij Montagnani, qui legendum exiſtimat, illae Diocharinae: ut litterae, uel epiftolae ſignificantur, a Dio charae ſcriptae, Caſſari liberto, qui nominatur epift. 6.lib.xi. Ad ludos omnia pararet ſum cum aedilis eſſet. aediles autem ſollemnies ludos curabant: unde illud Ciceronis: Sunto aediles curatores: urbis, annoe, ludorumq. ſollemnum: lib. 3. de legibus, ſexto in Verrem, tertio ad Quintum fratre: alibi. de Lamiae uero aedilitate, in ep. fam. ep. 16.lib. xi. ANTE eam diem ſum qua ludi Romani committi ſolerent. Dicas feriarum ſum

seriarum; diutius possum quasi seriori, quando auctionem Brinnianam scribis esse dilatam, cuius causa Romanam cogitaueram. Neque dubium est, Brinnianam auctionem intelligi, cum inferat, Quam diutius potius, de Egnatio scire poteris, quem coheredibus Brinnianis amicum & familiarem fuisse, iam ante ostendit ep. 34. scribit enim sic. Tu uelim, si graue non erit, efficias, ne ante nonas mihi illuc uenient dum sit, id potes per Egnatum Maximū. & ep. 12. De Brinniana auctione accepi a Vestorio litteras, auctorem ad me collatam ad 11x. Kal. Quintilis. dices igitur uel amico tuo, uel Othoni coheredi meo, uel Labeoni nostro, paulum proferant auctionem; me circiter nonas in Tusculano fore. idemq. ep. 18. Torquati cauissa; ut agam de eius re cum Dolabella. uide ep. 9. & 21. PUTEOLOS; ut cretionem Cluuij Puteolani, (ep. ad Thermum, lib. xiiii.) & rationem testamenti cognoscere. hoc autem ei curandum erat, qui sciret se a Cluuij heredem institutum. ep. 46. huius libri, & s.l. 16. Ad tempus; ut aduenientem Caesarem possim excipere. Et infra ep. 46. Puteolos, inquit, non fuit eundum, cum ob ea, quae a te scripsi, tum quod Caesar adest. REDIRE. Lanuuum. MVLTOS nummos; a Cluuij relictos, DOMI; Cluuij. DIVIDIS coheredibus. AVCTIONEM; bonorum Cluuianoū. ep. 37. PRAETER prædia; exceptis prædijs Cluianijs: forte, ut integrum esset Caesari, si quod eorum concedere amicis, a familiaribus uellet. Et infra in epistola proxima: Etiam de hortis Cluianijs egi cum Balbo. liberalius: Se enim statim ad Caesarem scripturum. Horti enim auctionem non subibant, cum inter prædia numerarentur. & uidetur unus ex coheredibus Caesar fuisse: cuius res Balbus curabat. Quid tibi placeat; utrum auctioni Cluianiæ Vestorium præficiam, an ipsi nostrum negotium curemus, ne negligentiores esse uideamus. IDEM te fecisse; scripsisse ad Vestorium, de auctionis curatione, erat autem is hoc tempore Puteolis, hoc est in patria. epist. 17. lib. 4. & 48. huius libri. Hoc satis uidetur; satis esse puto, me, & te ad illum diligenter scripsisse: non necesse autem esse, ut ipse Puteolos eam. NEGLIGENTIRES; qui nostram rem non agamus, alteri mandantes. POLLEX; Puteolis profectus.

Cicerο S. D. Attico 45.

POLLEX quidem, ut dixerat, ad idus Sext. ita mihi Lanuuij pridie iduum præfeto fuit, sed plane pollex, non index, cognoscere igitur ex ipso. Balbum conueni: (Lepta enim sua uia in curatione laborans, me ad eum perduxerat) in eo autem Lanuino, quod Lepido tradidit, ex eo hoc primum. Paullo ante accepere eas litteras, in quibus magnopere confirmat, ante lidos Romanos, legi epistolam, multa de meo Catone: quem saepissime legendi, se dicit copiosorem factum; Brutus Catone lecto, se sibi uisum disertum. Ex eo cognoui creationem Cluuij, (o Vestorium negligentem) liberam, testibus præsentibus sexaginta duobus, metuebam, nō ille arcessendus esset: nunc mittendum est, ut meo ius dicernat. idem igitur Pollex. Etiam de hortis Clu-

uijanis egi cum Balbo. liberalius: se enim statim ad Caesarem scripturum. Cluuium autem a T. Hordeonio legare & Terentiae HS 1.3.5. & sepulcro, multisq. rebus, nihil a nobis. subaccusa quoq. Vestorium, quid minus probandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo, illum mibi ne per meos quidem? De Cosinio doleo. dilexi hominem. Quinto delegabo, si quid aeris meo alieno superabit, et empionibus; ex quibus mihi etiam aës alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil scio. Vestorium, nil est, quod accuses. iam enim obsignata hac epistola, noſtu tabellarius noster uenit, & ab eo littera diligenter scriptas attulit, & exemplum testamen- ti. Vale.

## EXPLANATIO

AD idus Sext. non dixerat, se mihi præsto fore pridie iduum, sed ad idus Sext. in quo non fefellit, fuit. n. pridie. PLANE pollex, non index. nullas a Vestorio litteras attulit, ut cognoscere quidquam possem de cretione Cluuij. itaq. fuit plane pollex, non index. Iocus in ambiguitate nominis, pollex. n. etiam digitus in manu: quem index pone sequitur. COGNOSCES igitur ex ipso. ex ipso Pollice, quem ad te mitto, cognoscere, cur ei Vestorius nihil dederit litterarum. ep. 46. Tu uelim e Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias. ex quo apparet, a Cicerone ad Atricum inisse. DE sua uia in curatione laborans, ut aliqua sibi curatio daretur munerum regionum, hoc est, ludorum, qui apparabantur in Caesaris aduentum per omnes urbis regiones, in epistola ad Leptam, De curatione, inquit, aliqua munera regionum cum Oppio locutus sum, nam Balbum, posteaquam tu es profectus, non uidi. & Suetonius in Iulio: Edidit spectacula uarij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota. Quod aut legitur, Vi in; ego, ut dicam quod sentio, (quamquam possum falli ut humanus) corruptam supicor letationem, nec uero uerbum vis quot modis accipiatur, ignoro. sed hic, ut quidem ego existimo, locu nō habet. Alberti Tertij liber habet, Re sua in ratione laborans. IN eo autē Lanuuij, pater meus impreserat in suis libris, Meo autem Lanuuij: alij, Me autem Lanuuij: ego, In eo autem Lanuino, nulla prope mutatione, correctionem indicante sententia, uel ipso potius Cicerone, cuius haec sunt uerba ep. 48. Cum mihi Balbus nuper in Lanuino dixisset, se, & Oppium scripsisse ad Caesarem, mē legisse libros contra Catonem, & uehementer probasse: conscripti de his libris epistola Caesari, Lanuuum aut, prædiū in agro Lanuino: ut Formianum, Pompeianum, & similia. supra, ep. 8. lib. 9. De Lanuuij, statim, uerdi Phameam mortuum, optauit, ut id aliquis emeret meorū. & ep. xi. lib. 9. Ex eo hoc primum; cognoui, quid

enid autem est, quod ex Balbo primum cognovit? eum tradidisse Lepido Lanuuinum. ACCEPERAM 3 Lamia paullo ante mihi ostendit. Ceraf eas litteras, in quibus hoc Caesar magnopere confirmat, se ante ludos Romanos assuturum. ep. 21. LEGI epistolam 3 Balbo a Caesare missam. MEO Catone 3 intelligit librum a se scriptum de laudibus Catonis. epist. 38.lib.12. BRVTI Catone 3 Brutus Catonis auunculi consilium, qui se interfecerat, edito libro reprehendit. Plutarchus. DISERTVM 3 his uerbis Caesar ostendebat, Ciceronis consilium sibi non placere, qui Catonem laudaret; Brutus placere, qui reprehenderet, ies enim in Bruto, in Ciceroni uerba laudat. CRETIONEM Cluuij 3 a Cluuij testamento nominatain, est enim Cretio testatoris, cum ita testatur, ut cretionis mentionem faciat, id est adiri iubeat hereditatem suorum bonorum cum sollemini cretione: qua de re Vlpianus. Est & heredum Cretio: cum hereditatem cernunt, id est adeunt. NEGLIGENTEM 3 qui de Cluuij cretione nihil ad me per Pollicem scriperit. LIBERAM, 3 Cluuij nihil cuiquam homini, aut cuiquam rei a Cicerone herede, aut etiam a ceteris coheredibus, legante, excepto tam in Hordeonio, a quo legebat Terentiae, sepulcro, multisq. rebus. TESTAMENTVS praefentibus 3 ut, cum cernerent, id est adirent hereditatem coheredes, testes adfessent LXII. id in testamento Cluuij scriptum erat. LXII. 3 ex hoc testium numero de mendo suspicari cogor. quae res enim est, quae ultra decem, aut etiam uiginti testes requirat? in quo quidem testamento septem si adfessent, qui anulo suo obsignarent, satis erat. Nec uero tam offendit numero, quam numeri parte, quorundam enim ad sexaginta, duos addere. METUERAM 3 si cretio libera non esset, quam fuisse liberam, ex Balbo cognoui, Pollice nullas ea de re Vesterij litteras afferente. ILLA 3 Vesterius. ARCESSENDVS 3 ad me Lanuuinum, ut cum eo de cretione loquerer, quam non esse liberam suspicabar. sed, cum sit libera, Cluuij nihil a me legante: arcessendus non est. NVNC 3 cum liberam esse cretionem audiam. MITTENDVM est, 3 significandum ei per litteras, vel per Pollicem, hoc enim sensu saepe accipitur hoc uerbum, ut in ep. ad D. Brutum: Mitte ad Brutum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Et ad Tironem: Curio misi, ut medico honos haberetur. MEO insu cernat, 3 tamquam procurator meus hereditatis partem, Cluuij testamento mihi reliquit, adest. IDEM igitur Pollex, 3 ad Vesteriorum Puteolos remittendus. ep. 46. Idem Pollex remittendus est, ut ille cernat. De hortis Cluianijs 3 ut eos mihi, quando eorum auctio fuura non esset, (ep. 44.) a Caesare impeirareret. Eg i cum Balbo 3 hic interpunge, nam quod sequitur, Liberalius, per se constiuit, ut sit Liberalius respondit. CLVVIUM autem, 3 refertur ad uerbum, Cognoui. At Hordeonio 3 uno ex coheredibus, plures enim erant, ut ep. 5.lib.16. LEGARE Terentiae, 3 sic locutus pro Cuentio: Grandem ei pecuniam legat a filio, si qui natus esset: ab secundo herede nihil legat. Et in Topicis: Pater familias uxori ancillarum usum fructum legavit a filio. Similiter, Soluere ab aliquo dicebant. ep. 21.lib. v. Homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me soluere, ep. 17.lib.vi. Quinctus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio soluat. HS 1000 3 scutatos milles quingentos. A NOBIS, 3 a me, ita cretio, quod ad me attinet, libera. SVBACCVSA 3 leuiter accessa, quasi molli brachio obiurga. NE per meos quidem, 3 per Pollicem, qui puteolis redierat sine Vesterij litteris, unde illud supra Plane Pollex, non index. DE Cosinio 3 mortuo. QVINCTO delegabo, 3 Delegare dicimus, cum id, quod nostrum est, ad alium transferimus: ut de Oratore libro 2. Haec ipsa, quae nunc ad me delegare uis, ea semper in te praestantia fuerunt. Et ad hunc ipsum epist. 13. libro 1. 2. Balbi regia condicio est delegandi. Cum igitur, inquit, aes meum alienum dissoluero, & emero ea, quae mihi emenda sunt; tum, si quid pecuniae supererit, tradam Quinctio fratri: sed puto fore, ut etiam aes alienum mihi sit faciendum ex emptionibus: tantum abest, ut pecuniam sperem operaturam. TESTAMENTI 3 a Cluuij scripti.

Cicero S. D. Attico. 46.

P OSTEQA QVAM abs te. Agamemno, non ut ueni-  
Prem, (nā id quoque fecisem, nisi Torquatus esset) sed ut scriberem, et tigitzomisi ea, quae manibus habebam, abiecisquod iusseras, edolau. Tu uelim e Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias. turpe est enim nobis, illum, qualiscumque est, hoc primo anno agere, post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, ut ille cernat. Plane Puteolos non fuit eundum, cum ob ea, quae ad te scripti, tum quod Caesar adest. Do labella scribit, se ad me postridie iduum. o magistrum molestum. Lepidus ad me heri uesperi litteras misit. An tio nam ibi erat. habet enim domum, quam nos uendidimus. rogarat magnopere, ut sim Kalendas in senatu: me & sibi, & Caesari uehementer gratum esse facturum, puto equidem nihil esse, dixisset enim tibi fortasse aliiquid Oppius: quoniam Balbus est aeger: sed tamen malum uestrustra, quam desiderari, si opus esset: moleste fer-

rem postea: itaque hodie Antij, etas ante meridiem domi, tu uelim, nisi te impediatur, apud nos pridie Kal. iiii. Trilia. Te spero cum Publio conseisse, equidem Kalendas in Tusculanum recurras. me enim absente & minia cum illis transi malo. Quinti fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quidem responderentem meis litteris, sed tamen quod tibi suis sit, ut equidem existimo. tu uidebis. Heri nescio quid in scriptu nideor exaudisse, cum dices te in Tusculanum uenturum: quod uitinam, iterum uitinam, tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut si quid sibi opus sit, accurras. mortuus enim Babuus. Caesar opinor ex uincia: et si nihil adhuc: sed Lepta ex iure, ueretur autem, ne non licet tenere hereditatem, a dñi 20. iunio, sed ueretur tamen, si igitur si acciderit, accurras: sim minus, haud ante, quam necesse erit. Tu Pollicem, cum poteris.

EXPLA-

## EXPLANATIO

**N**isi Torquatus esset, cuius causa hic me tenet ep. 44. Quod iusseras, edolauisti rude opus edo. latur primum, deinde politur, a ligno ad scripta Cicero transtulit. ILLVM est Marcus filium. QVALIS CVM QVE est hoc dicit, quia Marcus filius, qui se Athenas contulerat studiorum causa, tatos sumptus faciebat, ut assignata pecunia non sufficeret. ideoq. etiam Atticus leuiter cum litteris castigauerat: quod indicat illud epist. 1. Ad Ciceronem ita scripsisti, ut neque severius, neque temperatus scribi posuerit. MODERABIMVR est modum illius sumptibus statuemus. VT ille cernat, ut Veltorius meo iussu hereditatem adeat. supra, Mittendum, inquit, est, ut meo iussu cernat, idem igitur Pollex. PUTEOLOS non fuit eundum est respicit ad illud, quod scripserat epist. 44. Nisi me Torquati causa teneret: satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire. OB ea, quae ad te scripsi est ob Torquati causam, & Dolabellae consuetudinem. MAGISTRVM molestium est magistrum: sic etiam appellat eum in fam. epist. 7. lib. 9. quia docebat Ciceronem, quoniam modo se gereret aduersus Caesarem, & quibus maxime rebus posset illius animum recolligere. Molestium: quod apud Ciceronem frequentior erat, quam ille, otio cupidus, uoluisset. ROGAT est consul. n. iam erat, Caesaris loco. KALENDIS est Septembribus mensis. nam hanc epistolam scriptam esse mense Sextili, ex proxima superiore cognoscitur. NIHIL est nullam rem esse, cuius causa necesse sit me adesse in senatu. AEGER est podagra laborabat, nam, in epistola ad Leptam, quam hoc ipso tempore scriptam manifestum est, Balbum, inquit, posteaquam tu es profectus, non uidi tantis pedum doloribus afficitur, ut se conueniri nolit. DOMI est Romae. sic epist. 41. lib. 12. Ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum. KALENDIS in Tusculanum recurrarum. est dimillo senatu, statim in Tusculanum recurrarum. CVM illis est cum Publilio, & sorore, ac matre. TRANSIGI est de dote reddenda. nam & cum Publilia, quam duxit, dimissa Terentia, diuotium fecerat. agebatur igitur de dote reddenda. ep. 34. Illud in primis cum Publilio, me paene absente, conficies. Quod tibi satis sit est in qua tamen ea de te scripta sint, quae tibi satisfacere possint. ACCVRAM est Romanam. OPINOR ex uncia est puto Caesarem Babuli heredem esse ex uncia: et si de hoc nihil adhuc intellexi. Vniuersa hereditas nomine assis, aut librae significatur. heres igitur ex uncia dicuntur, ad quem duodecima pars omnium bonorum pertinet: heres ex triente, ad quem quarta. Si accierit est ut ego eum in hoc negotio Caesaris amicis, meis familiaribus, commendem. Valebat autem gratia Tullius apud eos, qui apud Caesarem multum poterant. itaque eundem Leptam paullo ante Balbo commendaverat in curatione ludorum, & in epistola ad Gallum: Olim, cum regnare existimabamur, non tam ab illis, quam hoc tempore obseruor a familiarissimis Caesaris. CVM poteris est mitte ad me, ut ego cum ad Vestorium remittam cretionis cauilla.

Cicero S. D. Attico. 47.

**L**AVDATIONEM Porciae tibi misi correctam: ac eo properauit, ut, si forte aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hacc mitteretur. id, si tibi erit commodum, magnopere cures uelim. Et uelut M. Varronis, & Lollij mittas laudationem, Lollij utiq. nam illam legi: uolo tam regustare. quaedam n. uix mihi credo legisse. Atticae primu[m] salutem, quam quid[er] rari esse arbitror. multa igitur salute & Piliae de Tigellio, si quid noui: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, μεμάνει αὐτοφέρε mihi quandam iniquissimā, me Phameae defuisse, cum eius causam recipisem: quā quidem receperam cōtra pueros Octavius Cn. F. non libenter: sed Phameae causam uoleba. erat n. si meministi, in consulatus petitone per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si uetus essem. is ad me uenit, dixit itq. iudice

operā dare sibi constituisse ea die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeia in conciliū iri necesse erat. scis, n. dies illorū iudiciorum praestitutos suisse. respondi nō ignorare eum, quid ego deberem Sextio: quem uellet aliam diē si sumpsisset, me ei non defuturum. ita tum ille discessit iratus. puto me tibi narrasse. nō laborauit scilicet, nec hominis alieni iniustissimā iracundiā mihi curauit putari. Gallo autem narrauit, cū proxime Romae fui, quid audīsse, neq. nomen aui Balbum minorē. habuit suū negotium Gallus, ut scribit. ait illi, me arumi conscientia, quod Phamea destituisse, de se suspicari. quare tibi haec mando, de illo nostro, si quid poteris, exquiras: de me ne quid labores. est bellū, aliquē libenter odise, & quā admodū non omnibus seruire. et si mehercule, ut tu intelligis, magis mihi isti seruunt: si obseruare seruire est.

## EXPLANATIO

**C**ORRECTAM: est corrixit eam, ab Attico admonitus. supra enim epist. 37. Laudationem, inquit, Porciae gaudeo me ante dedisse Leptae tabellario, quam tuas acceperim litteras. eam tu igitur, si me amas, curabis, si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio, & Bruto. HAEC mitteretur est haec, quam corrixi: ad differentiam prioris, quam ante Attico miserat, Leptae tabellario data. epist. 37. VARRONIS, & LOLLIJ est qui & ipsi Porciā laudauerant. De Tigellio, est tibicine, & cantore, Caesari familiaris, Phameae nepote. Placet epistolae partem subiçere, quam hac de re scripsit ad M. Fabium Galum. sic igitur scribit: Phameae causam suscepseram, ipsius quidem causa. erat enim mihi sane familiaris. is ad me uenit, dixit q. iudicē sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sextio in consiliū iri necesse

necesse erat respondi, nullo modo me facete posse: quem uellet alium diem si sumplisset, me ei non desiaturum, ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum cantorem, discessit a me, ut mihi uidebatur, irato. Habes Sardos uenales, alium alio nequorem, Etiam Horatius, Sardum, fuisse Tigellum, & Caesaris amicum, his uersibus ostendit.

- ,, Omnis hoc uitium est cantoribus; inter amicos,
- ,, Ut numquam inducant animum cantare, rogati;
- ,, Iniuissi, numquam desistant. Sardus habebat
- ,, Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset.
- ,, Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
- ,, Quidquam proficeret: si collibatislet, ab ouo
- ,, Vique ad mala citaret, Io Bacche.

**L E G E Pompeia** quae, testibus datis, uno die atque eodem & ab accusatore, & ab reo pectorari uerba, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur, hoc Pedianus. In libro autem de claris orationibus: **L e g e Pompeia** ternis horis ad dicendum datis, ad cauas simillimas, uel potius easdem noui ueniebamus quotidie. In consilium ire, ire in consilium dicuntur iudices, cum, audita & cognita causa, in unum coeuntur, de re, uel de reo sententias latrui. **I L L O R U M iudiciorum** quae sunt lege Pompeia, de ambitu, & de uiritate Pedianus. **P R A E S T I T U T O S** ut, ijs diebus praetermissis, in alios dies rei certe cauas non licet, quo siebat, ut die praefituto cauam agere patronus cogeretur Pedianus. **Q V I D ego debenerem Sextio?** quis Ciceronis restitutione in tribunatu praepucius innerat; ut in oratione pro ipso. **A L T E N I** qui mihi arta necessitudine deuinctus ante non fuisset, qualem illud in epistola ad Lentulum: Enitor, ut neq; amicis, neq; etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. Et pro Murena: Ea conditione uidebatur nobis in ciuitate hatus, ut eius opes & ingenium praefidio multis et alienissimis, nix cuiquam inimicus esse debere. Et ad Appium: Tuum factum ijs, qui, quo animo inter nos sumus, ignorant, alieni hominis, (ut leuissime dicam) & fugientis congressum, meum uero conuentissimi, & amicissimi uidetur esse. **Q V I D au-** disse **¶** dixi Balbo, me audisse, Tigellum mihi esse iratum. **N E Q U E nominaui Balbum minorem?** non dixi, me id audisse a Balbo minore. Is enim, cum Tigellio familiariter ueretur, in consuetudine cognovet, illius animum offensionem esse Ciceroni propter Phameam; eaq; de re certiore fecerat Ciceronem. **H A B V I T suum negotium Gallus?** hac de re ita laborauit, ut ipsius res si ageretur, duxit suum negotium, eadem figura usus est ep. 22. **A I T illum?** cum Tigellio Gallus dixisset, Ciceronem audisse, sibi illu[m] obseruauit, respondit Tigellius, Ciceronem id a nemine audiuisse, sed animi conscientia id de se suspicari, quia Phamea destituisset. **A I T illum?** ait Gallus Tigelli dicere, me animi conscientia &c. **H A C T E N V S man-**do **¶** hoc tantu[m] tibi mando: de me ne quid labores. **D e illa nostra?** de Balbo minore: cognoscere de Balbo, quo animo Tigellius in me sit, ep. 48. **E t quemadmodum?** mallem, Quemadmodum &c. **N o n o m b i s s e-** cure **¶** epistole, qua scripsit ad Gallum, cuius parte supra recitauimus, principium hoc est: Amoris tui, quo quo me uerti, uestigia, uel proxime de Tigellio, sensu n. ex litteris suis ualde te laborasse, amo igitur uoluntatem, sed pauca de re. Capius, opinor, olim, Non omnibus dormio: sic ego, non oibus, mi Galle, seruio.

Ciceron S. D. Attico. 48.

**A** DMONITVS quibusdam tuis litteris, ut ad Cae-  
sarem uberires litteras mittem, institueram,  
cum mihi Balbus nuper, in Lanuino dixisset se, & Op-  
pum scripsisse ad Caesarem, me legisse libros contra Ca-  
tonem, & uehementer probasse: conscripsi de his ipsis  
libris epistolam Caesari, quae deferretur ad Dolabellam;  
sed eius exemplum misi ad Oppium, & Balbum; scri-  
psiq; ad eos ut tum deferriri ad Dolabellam iuberent meas  
litteras, si ipsi exemplum probassent, ita mihi rescripse-  
runt, nihil umquam se legisse melius: epistolamq; meam  
iusserrunt dari Dolabellae. **V**estoriu[m] ad me scripsit, ut  
iuberet mancipio dari seruo suo pro mea parte Petrejo  
cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte  
mancipio dare posset, cum seruum, si ibi uidebitur, ad  
me mittes, opinor enim ad te etiam scripsisse Vestorum  
De aduentu Caesaris idem, quod a te, mihi scriptum est  
ab Oppio, & Balbo, Miror te nihil dum cum Tigellio,  
uel ut hoc ipsum, quantum accepit, prorsus aiso sci-  
re: nec tamen floccificatio. Quaeris, quid cogitem de ob-  
uiam itione: quid censes, nisi Alustum? & quidem ad  
Murenam de hospitio scripsoram: sed opinor cum Ma-  
tio prosectorum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam  
superiore uesticulo, Eros mihi dixit, sibi Murenam libe-  
ralissime respondisse. eo igitur utamur, nam Silius cul-  
citra non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam  
uillam concessit.

## EXPLANATIO

**L**IBROS contra Catonem **¶** a Caesare scriptos. ep. 38. lib. 12. Ad Dolabellam **¶** ut is eam Caesari red-  
deret. **M**ANCIPIO dari **¶** uendi lege mancipij. **P**ro mea parte **¶** nam euam ad alios, quos here-  
des cum Cicerone Brinnius reliquerat, is fundus pertinebat, ep. 13. **V**t ipse ei &c. **¶** ueraueretur He-  
tereo cui si fundum iniuissi Ciceronis Vestoriu[m] dedisset, no[n] bene dedisset. **C**um Tigellio, **¶** egisse de re  
conciliatione. ep. 49. Tigellum totum mihi, & quidem quamprimum. **V**ELVT hoc ipsum **¶** transit a re  
sua ad alia rem: hoc saltrem cum eo agere debuisti, quantum ei Caesar donauerit obuiam prosectorum: scire  
enim cupio. **N**ec tamien floccificatio **¶** quamquam hoc apud me minimum est: ne flocci quidem facio.

Yy Intellectum



Intellectum est, sicut in epist. 1. lib. 4. tres appetitivas ambitum, comitia, inter regnum, maiestatem, totam deniq. rem p. flocci non facere. Quod cogitem de obuiam itione, & quam longe Caesari cogitem obuiam prodire. Nisi Alsius? & Alsius usque obuiam abo, non ultra. De hospitio? ut me Alsius hospitio acciperet. PROTECTVM? opinor Alsius non esset, obuiam Caesari cum Matio prosecutum, SADIVS Igitur urgebitur. & Sallustius igitur hospitio uenient. SILIVS? Sallustius, legendum uideatur; cum proxime dixerit, Sallustius igitur urgebitur: uel utrobique, Silius. TOTAM uillam? itaque nobis in ea locus con esset.

Cicero S. D. Attico. 49.

**A**D Caesarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tibi mittere. nec id fuit, quod suspicaris, ut me pudaret tuine ridicule Micillus. nec mehercule scripsi aliter, ac si propter omnia scriberem. bene enim existimo de illis libris, ut ibi cora, itaq. scripti & exorax. & tamen sic, ut nihil enim existimem lectorum libertius. De Attica, nunc demum

mibi est exploratum itaq. ei de integro gratulare. Tigidium totum mihi, & quidem quam primum: non perde animi. Narrabo tibi. Quintus cras; sed ad te, ne scio. mibi scriptis, Romanum IIX. Kal. sed mihi, qui inuitaret. et si hercule iam Romanum ueniendum est, ille ante aduolet. Vale.

## EXPLANATIO

**V**T me pudaret tui, & noli putare, me tibi eius epistolae exemplum ideo non misisse, quasi pudenter ad aequalē, nam, quod illius libros contra Catonē laudauit, non sum assentatus; bene, n. existimo de illis libris. Ne ridicule Micillus & donec melius inuenero, sequar eorum opinionem, qui sic interpretantur: Assentatorie non scripsi; ne ridicule q̄asi Micillus fierem; id est, me ipse indignum patria ostenderem, cum tyranno assentarer: sicut illū apud Ouidium lib. xv. Met. iubet Hercules patriā desereret. MIHI est exploratum & eam bene ualere. Et dicit, Nunc demū; quia, cum Atticus antea scripsisset, eam sebi carere postea idē confirmauit. Nunc demuni igitur, inquit, mihi est exploratum. TOTUM mibi? restitue. Erat enim iratus Ciceroni propter Phameam. epist. frequenti. QUINCTVS cras, & Quintus filius eras Romanum ueniet, id est IIX. Kal. sic enim ad me scriptis. Ad me, an ad te? & domum meam, an tuam, ROMAN IIX. Kal. & subaudi, se esse uenturum. VENENDVM est & mihi ipsi. ILLE? Caesar, qui ad Hispaniensē bello reuertebat.

Cicero S. D. Attico. 50.

**H**OSPITEM mibi tam grauem & metuam, fuit enim periunde, sed cū secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset, uilla ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi cenaturus ipse Caesar eset, uacaret: quippe hominum & sane sum comotus, quid futurum esset postridie. ac mihi Barba Caffius subuenit: custodes dedit: castra in agro: villa defensa est, ille tertius Saturnalibus apud Philippum ad horā VII. nec quemquam admisit: rationes opinor cum Balbo inde ambulauit in litora. post horā & ixā balneū tum audiuit: de Mamurra non mutauit, uultus est, ac cubuit, uestisq; agebat: itaq. & edit, & bibit a deo, & incunde: opipare sane, & apparate: nec id solum, sed be-

ne, cocto, condito, serpione homo, si quaeris, libenter, praeterea tribus tricliniis accepit & a uir nalle copiis, libertis minus laitis, seruisq; nihil deficit: nam laures eleganter accepit: quid multi & homines uisi sumus: hospes ramen non is, cui dices: amabo te, eodem ad me cum reuertere. semel satia est. uox & ait in sermone, οὐδέ λογα multa, quid quaeris & delectatus est, libenter fuit. Puteolis & aiebat unum diem fore, alterū ad Baiae. Habet hospitium, sive ξεναθρεα, oīdōm mihi du xi, non molestam. Ego paulisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellae uillam cum praeseriret, omnis armatorum copia de xtra sinistra ad equum, nec usq; alibi. hoc ex Nicia. Vale.

## EXPLANATIO

**H**OSPITEM mibi tam grauem & metuam: & non paenitet Caesarem apud me cenasse. locutio ī milis ep. 43. Suaves tuas litteras: et si acerba poena. & ep. 5. lib. 14. Meam stultam uercundiā, qu legari noluerim ante res prolatas. Ad Philippum? affluem, quod Attiam, Iulia Caesaris sorore natam, in matrimonio habebat. Plutarchus in Cicerone. VILLA? in Pompeiano, ubi Ciceronis quoque villa erat. SVM commotus? quia Caesar postridie apud me conaturus erat: BARBA Caffius? hunc inter naufragia Caesaris amicorū nominat in Philippica XIII. CVSTODES dedit? dedit, qui meam uillam cultudirent, & ex militibus neminem introire patarentur. CASTRA in agro? milites igitur omnes in agro di febuerunt. Et Castra pro militibus posuit, pocice, & quasi per iocum; ut cum interfici, Villa defensā est: pro, ex militibus nemo uillam introiuit. RATIONES, opinor, cum Balbo? puto, rationes conficit cum L. Cornelio Balbo, qui Caesaris negotia procurabat. epist. 3. libro 7. de pecunia uidelicet, quam Balbus ex publi-

ex publicis uel tigalibus Caesaris nomine exegerat. AVDIVIT: qui eum alloqui, aut rogare aliqua de re noluerunt. De Mamurra: hic Caesaris praefectus fabrum fuerat in Gallia, & ad opes tantas peruerterat, ut parietes totius domus suae, quod a Plinio in scriptis relictum est, crux marmoris primus operuerit, idemque primus nullam totis aedibus, nisi e marmore, columnam habuerit, solidas omnes e Carylio, aut Lunensi. opinor, eum, ob luxuriam hanc, immoderatumq. sumptum, lege sumptuaria Caesaris esse damnatum; nec Caesarem id mutasse, quippe qui negligi suas leges noller. epist. 7. Venisse a Caesare narrabat litteras: hoc scribere, si certum esse Romae manere: causamq. cam adscribere, ne se absente leges sue negligenter, sicut esset neglecta sumptuaria. Et Suetonius, Ius, inquit, laboriosissime, & seuerissime dixit, legem praecepit sumptuariam exercuit. Non enim arbitror legem sumptuariam de obsoletis dumtaxat fuisse, uerum de omnibus rebus, in quas pecunia supra modum erogaretur. ACCVBVIT: ut ederet. Post unctionem accumbeant ueteres in lecto, cibi capiendo gratia. Martialis: Sufficit in nonam nitidis octaua palaestris: Imperat extuctos frangere nona toros. Vngabantur autem statim post balneum: uncti statim accumbeant. In Vatinium: Cui de balneis exeunti, praeter te, umquam toga pulla data est?

Ne putemus Caesarem solum accubuisse in Ciceronis villa: nam & Ciceronem ipsum, & praeterea Philippum, & Balbum, fortasse etiam Cassium, in eodem triclinio cum eo cenatos esse credibile uidetur. E' μετίχη agebat: non est, uomebat: (nam uomebatur post cenam, non ante: idq. ratio medicinae postulat) sed, uomitionem parabat: itaque, cum uomere decreuisset, nullum cibi genus uitauit: edit, & bibit adeo, & iucunde. E' μετίχη, adiectiuum nomen est. subaudiri uidetur, διασκευή, uel aliquid simile. OPIPARE: hoc ad copiam refertur. APPARATE: diligentia significatur. SERMONE bono, οὐδὲν de cena ipsa, non de sermone, loquitur hic Cicero: de sermone autem, infra, cum ait: προσδούσαι οὐδὲν in sermone, φιλότοια multa. itaque interdum putauit hoc totum abundare. Sermone bono, si quaeris, libenter. nam, ad cenam hoc tantum attinebat, Bene, cocto, condito. quod autem sequitur, additum fortasse ab aliquo, qui supplere uetus Lucilij uoluerit, a quo sumptum illud uideret, Bene, cocto, condito, hāc ego capio coniecturam ex lib. 2. de Fin. in quo est: Quid bene? dicet Lucillus, Cocto, condito. Sed cedo caput cenae. Sermone bono. Quid ex eo? si queris, libenter. Quae si componantur: Lucilij uersus erit huiusmodi.

Quid bene? cocto,

„ Condito, sermone bono, si quaeris, libenter.

TRIBVS triclinijs: in uno liberti lauiores, in altero miuus lauti, in tertio discubuere serui. Περὶ αὐτῶν: qui circa illum erant, alij alijs munieribus praepositi. Hos diuidit in libertos, & seruos, libertos autem in lauiores, & minus lautos. VALDE copiose. copiose omnes, non omnes tamen eleganter. nam, lauiores tantum liberti, ut infra legitur, eleganter accepti. HOMINES: inest interdum laus in hoc uerbo, ut hic, & ep. 2. lib. 2. Ηρώδης, si homo esset, cum potius legeret, quam unam litteram scriberet. Nero imperator, nouis aedibus post urbis incendium exstructis, tandem se quasi hominem aiebat habitare copiose. Non is, qui sumptu exiguo accipi non potest. AMABO te, codem ad me, cum reuertere. superuacuum uidetur Ad me, cum dixerit, Eodem. SIVE ἐπιστολαῖς. siue diuersorum potius. nam, ad hospitium non ita frequentes ire soliti sunt, ODIOSAM: ob curam apparandi. Non molestam: ostendit se non laborare de sumptu. PRAETERIRET: Caesar. DEXTRA sinistra: sine copula, ut Sallustius quoque in Iugurtha: Circumuentus ab equitibus dextra sinistra. NEC usquam alibi: quasi ab uno Dolabella timeret. NICIA: Curtio Nicia, grammatico, Dolabellae familiari ep. 10. lib. 9. fam.

## ΟΙΑΝΑΠΗ



IN · EPISTOLARVM  
M · TULLII · CICERONIS  
AD  
T · POMPONIVM · ATTICVM  
LIBRVM . XIV.  
PAVLLI · MANVTII  
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico

**I**VERTI ad illum, de quo Sexto, satis ne occrum, maxime autem de Bruto nostro: tecum mane, nihil perditius: de quo quidem ille, ad quem diuersti, Caesarem solium explicari rem non posse. et dicere. Magni refert, hic quid uelit, sed, quidquid uult, enim, si ille tali ingenio existet, idq. cum animaduertisse, cum pro Deiotaro reperiet? quid quaeris? perire dicere, atque ciuiam (ut enim quidque succurri, libe- ruisse omnia aiebat. quod haud scio an ita sit. uerum ille gaudens, affirmatq. minus diebus xx tumultum Gallicum: in sermonem se post idus Mart. praeterquam Le pidi, uenisse nemini: ad summam, non posse istaec sic abire. o prudentem Oppium, qui nibilo minus illuc de siderat, sed loquitur nihil, quod quemquam bonum offendat. Sed haec haec tu, quaeſo, quidquid noui, (multa autem exſpecto) ſcribere ne pigrere; in his, de Ego dubitem, quin summo in odio sim, cum M. Cicero ne ſedeat, nec ſuo commodo me conuenire poſſit? atqui, si quisquam eſt facilis, hic eſt: tamen non dubito, quin me male oderit. Haec, & eiusmodi multa ſed ad propositum. Quidquid erit, non modo magnum, ſed etiam paruum, ſcribes. euidem nihil inter mittam. Vale.

E X P L A N A T I O



DILLVM, § sine dubio Matium intelligit: quem aperte nominat duabus epistolis, quae post proximam inferiorem leguntur. &, si loca conferas inter ſe, Matium hic ſignificari, non obſcure uidebis: quem quidem & Caluenam, & Madarum, ſic nomine, appellat ep. 5. & 9. NIHIL perditius § aiebat, ſubintelligitur: ut ſi lenſus: rep. nihil aiebat eſſe perditius, nihil desperatius; perijſe omnia. EXPLICARI rem non poſſe § hoc dicebat, remp. interitu Caefaris ita eſſe perturbatam, ut conſtitui nullius conſilio poſſeret, quis enim id poterit, quod Caesar ipſe, tali praeditus ingenio, non potuit? GAVDENSI§ gaudebat Matius tanta perturbatione reip. utpote qui cuperet mortem Caesaris omnibus eſſe acerbam. quod ipſe in epiftola, quae legitur l. x i. fam. in extremo, perſpicue dicit. TVM Gallicum § putat futurum, ut Galli, audita Caesaris morte, deficiant a nobis, &, noſtram diſſiſionem ſuam occaſionem putantes, arma capiant. Idem ep. 4. hiſ uerbis: Dolco, quod numquam in illa ciui-